


SEMPER VIGILANS


EX LIBRIS
JAMES WILLIAM ELLSWORTH

PICTURAE
ETRUSCORUM



Hieron. Bonius inv. et delin. *Ioan. M.ª Cassini inc.*

PICTURAE ETRUSCORUM IN VASCULIS

NUNC PRIMUM IN UNUM COLLECTAE

EXPLICATIONIBUS, ET DISSERTATIONIBUS INLUSTRATAE

a

JOH. BAPTISTA PASSERIO NOB. PISAUR.

Regiarum Academiarum Londinensis, Olomucensis, & Italicarum Furfuratorum, Bononiensis, Cortonensis, Panormitanae, Ferrariensis, ac Perusinae

SOCIO

VOL. TERTIUM

TABULAS C. CONTINENS

AERE INSCULPTAS.



ROMAE MDCCLXXV.

EX TYPOGRAPHIO JOHANNIS ZEMPEL.

Sumptibus Venantii Monaldini Bibliopolae.

PRAESIDUM FACULTATE.

PAVLO

TIT. S. THOMÆ IN PARIONE
CARDINALI D'ALBERT DE LVYNES
ARCHIEPISCOPO VICECOMITI SENONENSI
GALLIARVM ET GERMANIÆ PRIMATI
ABBATI COMITI CORBEIENSI
COMMENDATARIO ORDINIS S. SPIRITVS &c. &c.
OB
EXIMIVM CHRISTIANÆ RELIGIONIS STVDIVM
SINGVLAREM IN DEVM ET RES DIVINAS PIETATEM
EFFVSAM IN PAVPERES CARITATEM
OMNESQVE EGREGIAS VIRTVTES
SPECTATISSIMO
QVOD
SACRIS ET PROPHANIS DISCIPLINIS ERVDITVS
VETERIS ÆVI MONVMENTIS MIRIFICE DELECTETVR
PICTVRAS ETRVSCORVM IN VASCVLIS
QVAS A PASSERIO COLLECTAS EXPLICATASQVE
TERTIO HOC VOLVMINE
NITIDE ET ELEGANTER EXCVDI CVRAVIT
JOSEPH ANTONIVS MONALDINIVS
PRINCIPI ET PATRONO OPTIMO
D. D. D.

ADPROBATIONES.

NEc religioni, nec moribus offendiculum adlaturus est clarissimus Auctor, dum veterum superstitionum arcana, data opera abscondita, non vulgari eruditione a tenebris eruere studet, & sagacibus conjecturis linguas obsoletas ab interitu vindicare.

Ex Aedibus meis IV. Idus Augusti Anno MDCCLXXV.

Joh: Baptista Visconti Roman. Antiq. Praefectus.

QUa eruditione, gravitate, ac fide superiorum Voluminum Picturas, aliasque Etruscorum antiquitates illustravit Cl. Passerius, eadem pergit etiam in hoc Volumine cetera id genus Monumenta explanare. Qua ergo sententia alias ego ad Opus hoc laudibus celebrandum accessi, eadem & nunc ad eas confirmandas progredior. Quare & eadem facilitate, & indulgentia, meo quidem judicio, si tanti est, ad hujus quoque Voluminis editionem pro sua auctoritate adprobandam, & promovendam Reverendissimus P. Sacri Palatii Apostolici Magister Thomas Augustinus Ricchinius se ipsum comparare rata nunc poterit.

Dabam ex Aedibus meis Kal. Augusti Anno Gratiae MDCCLXXV.

Johannes Christophorus Amadutius Publicus Linguae Graecae Professor in Archigymnasio Romanae Sapientiae, & Praeses Typographiae Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

I M P R I M A T U R.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A. Epiſcopus Montis Alti, ac Vicesgerens.

I M P R I M A T U R.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

JOH.

JOH. BAPTISTAE PASSERII

PISAURENSIS

TRACTATUS

PRAELIMINARES

IN PICTURAS ETRUSCORUM

IN VASCULIS

I. Bacchi secreta Mysteria a Pictoribus Etruscis impune prodita, nunc scriptis publice exposita.

II. De Marmoreo Sarcophago Eugubino arcana Bacchi Mysteria exprimente in vestibulo Monasterii splendidissimae Congr. Olivetanorum adservato Epistola.

III. Linguae Oscae specimen singulare, quod superest Nolae in Marmore Musei Seminarii.

IV. Alphabetum Veterum Etruscorum secundis curis inlustratum, & actum a Joh. Christophoro Amadutio.

BACCHI SECRETA MYSTERIA
A PICTORIBUS ETRUSCIS IMPUNE PRODITA
NUNC SCRIPTIS PUBLICE EXPOSITA
A JOH. BAPTISTA PASSERIO
P I S A U R E N S I

S Y N O P S I S C A P I T U M.

I.

Pictores Etrusci liberaliter expresserunt in Vasculis secretiora Mysteria Bacchanaliorum. Hujus facilitatis caussa exponitur.

I I.

Etrusci Bacchum sero agnoverunt, nec magni fecerunt, cum nihil aliud esse putaverint, quam vitem. Bacchi fabula quando, & ubi exorta.

I I I.

Bacchi universa historia mystica ex arcanis Orgiorum ad veritatem a Pictoribus Tuscis declarata.

I V.

Caussae potissimae referuntur, ob quas sacra Bacchi a rudi plebecula, & licentiosissimis populis fuerunt excepta.

V.

Pictores Etrusci haud obscure declararunt Bacchum in altiori significatione nihil esse, nisi effectum providentiae conservatricis Orbis Terrarum.

V I.

Ex singulari nostra Pictura secretum aperitur, quomodo intelligeretur, Bacchum apud Inferos triennia singula obdormientem consumere.

V I I.

Exponitur ope nostrarum Picturarum ritus universus, quo in Bacchanalibus Regina Sacrorum inauguraretur.

V I I I.

Et quo ritu Rex Sacrorum eligi soleret.

I X.

Inter Regem, & Reginam Sacrorum iniri solebat mysticum quoddam conjugium, veluti fictitium, sed re vera impurissimum, quod ex nostris Picturis manifestatur.

X.

Referuntur caeremoniae adhibitae, cum

cum adolescentes ad Sacra Bacchi admitterentur.

X I.

Initiati ad haec Sacra Deum videre affirmabant in ipso Sacrorum fervore. Refertur cautela, qua illum exciperent.

X I I.

In Bacchanalibus Etruscorum Dii plerumque derisi. Exponitur differentia inter Etrusca Bacchanalia picta in Vasculis, & ea, quae a Graecis, & Romanis Sculptoribus expressa sunt.





Phiala in Musæo D. Ignatii Paternò Biscariæ Principis

BACCHI SECRETA MYSTERIA
A PICTORIBUS ETRUSCIS IMPUNE PRODITA
NUNC SCRIPTIS PUBLICE EXPOSITA
A JOH. BAPTISTA PASSERIO PISAURENSI
AD EMINENTISSIMUM ET REVERENDISSIMUM DOMINUM
D. JOH. FRANCISCUM STUPPANIUM
S. R. E. CARD. ET EPISCOPUM PRAENESTINUM

Mysteria Bacchi toti olim humano generi exitialia, saepe repressa legibus, sed numquam satis extincta, quippe silentio turpitudinis protecta, ac pertinacia potentium hominum propugnata, demum sub obtentu severioris inductae disciplinae, & melioris censurae restituta, quod conferre putarentur ad totius naturae foecunditatem, ad firmandam libertatem populorum, & ad expiationem culparum omnium, mysteria, inquam, tam vehementi secreto occultata, sed a Pictoribus Etruscis fidentius revelata, hisce scriptis confecta publicamus, CARDINALIS AMPLISSIME, ac tibi primum exponimus. Ne tamen sint, qui indignum Viro Pontifice putent hocce argumentum, patrocinio defendar amplissimo praecipuorum Ecclesiae Patrum, qui in illo explorando operam impenderunt laboriosissimam, obstante arctissimo illo silentio, quo superstitio protegebatur.

In hoc vero conatu nostro sup-

pe-

potius omnes ipsi Etrusci Pictores nobis commendarunt, qui libertate artis, nulloque terrore religionis periculi, cui, ut video, nec minimum deferebant, in exprimenda Bacchanaliorum historia emancipato penicillo veritatem sequuti sunt. Et quae erat Etrusca Natio, quae tam recte sentiens de Deo inter communes tenebras hisce terriculamentis premeretur & crepundia adoraret? Esto plebs ignara in diversum deflecteret, Pictores tamen ejus aetatis sapientissimi, ut eorum monumenta manifestissime ostendunt, inter Philosophos profundiores censebantur; & licet populi genio deservire cogerentur, tamen ex hoc uno testimonio audaciae in religione occultissima clare patet ipsos diversimode sensisse, quod manifestius ostendimus, cum in Tomo praecedente *de Arcana Philosophia Etruscorum* tractavimus. Hujus vero licentiae alia ratio potissima illos a censura populi liberabat, quod nempe haec Vasa non in usum hominum concinnarentur, sed mortuorum, e quorum dominio illa nuper subtraximus, inter quorum tenebras nec minimum offendebant umbras, & loci perpetuo silentio laesionem secreti compensabant.

II.

Quid senserint Etrusci de Baccho, qua aetate illis innotuerit, atque unde ejus origo emanaverit, abjectis penitus fabulis, fidelissime exponam. Inter nugas primum rejicio illorum opiniones, qui Herculem putant ad Samsonis imaginem compositum fuisse a Gentilibus, nec Bacchum alium fuisse, quam Noemum. Arguta haec sollicitudo deducendae fabulae a magnificis originibus satis antiqua est; nam exploditur in Machabaeorum primo cap. III. vers. 48: *Expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum*. Quid Etrusci privatim, quid populariter senserint de Deo, alibi opportune demonstrabimus. Nec enim aliter plebs ejus Nationis a veritate declinavit, quamquam ex divinis attributis a purissimo, ac simplicissimo fonte divisis distincta Numina efformaverit. Ceterum viros de republica sua optime meritos in partem caelestis gloriae censuit esse collocandos, quos suo calamo eruditissimus Dempsterus enumeravit, indigenas tamen omnes praeter advenam Herculem ob beneficia in Etruriam collata. Deos vero peregrinos vel repudiavit, vel

non

non magni fecit, quippe exterorum ambiguo judicio consecratos, non suo, quod ceteris praeferebant. Sero igitur, nec sine fraude Graeculi cujusdam ignobilis Bacchus intrusus est in Etruriam, ut ait Livius Lib. XXXIX., profligata labe mysteriorum ejus anno V.C. DLXVII., quae haud multo antea fuerant introducta, ut colligitur ex narratione Liviana; ideoque in ipso florentissimo Etruriae statu, quo nova omnia, & peregrina non solum suspecta, sed despectui habebantur a Natione, quae religionum omnium magistra, & arbitra ubique putabatur. Imo Deum hunc hospitio excepisse ne Etrusco quidem nomine dignati sunt, ne illum probasse viderentur, & civitate donasse; Ejus enim nomen semel tantum inscriptum invenias in patera Dempsteriana Tab. III., nempe TINIA, quod Graecum est a Thyoneo.

Ut vero ignari, qui figuram conspicerent, nihil aliud esse intelligerent, quam simplicem vitem, novum illi, atque constans adtributum fere semper adpinxerunt, Graecis, atque Romanis inusitatum, nempe amplissimam vitem in plures palmites effusam, sive sedentem effingerent, sive tripudiantem, commessantem, jacentem, equitantem, aut curriculo triumphantem, ut in toto hujus Collectaneae decursu conspicitur, quo signaculo nemo cum ignoraret, simulque sciret, nihil ultra parandum esse, quam quod id paregon significabat. Palmites eidem adtributi modo duo, modo plures, usque ad quinque observantur, nec numerus mysterio caret ad significandum, divinam ejus potestatem in utriusque sexus Sacerdotio esse divisam. Indicabat etiam Orientem, & Occidentem communicato vini munere subactum ab illo fuisse. Ternaria divisio ad Trietrica pertinebat, quaternaria ad quatuor orbis plagas a se submissas, & si quid ultra est, inanibus hisce significationibus extollebatur. Quod autem certum est, Pictores nostri symbolum hocce, in Marmoribus, & Gemmis nunquam conspectum, vulgo semper ejus imagini adjecisse. Animadverti praeterea, Etruscos Artifices parcissimos fuisse in adtributis, seu symbolis cuique Deo, seu Deae tribuendis, ut ex hac austeritate maxime ambigua sint eorum sigilla, quae ad nos pervenerunt; uni enim Baccho diffusissimum hoc emblema, & fere perpetuum largiti sunt.

Ceterum ut Patriarcham Noemum expurgemus a calumnia, quod degeneraverit in Bacchum, veram illius originem obiter referamus. Pars

ille

ille fuit universalis idololatriae, quae cum origine principatuum lacrimabiliter exorta est; nam cupido regnandi totam humani generis oeconomiam intervertit. Ut homo homini subjiceretur par pari, delere oportebat illam imaginem insitae libertatis, a Deo constitutae primis parentibus, a quibus in posteros illibata descendit, ut quilibet Paterfamilias in sua plenaria potestate poteretur. Per hanc Fides revelata intra septa cujusvis familiae custodiebatur, quam nemo extraneus perturbare tentasset. Hanc ideam libertatis, & religionis subvertere oportebat ad dominatum introducendum. Vis, metus, fraus, subdola promissa, rapina, atque caedes, quibus Fides revelata exsulatur, ad decus authoritatis efferri necesse erat; At quibus artibus? promptissimae ambitionis, videlicet insinuando, nequaquam unum, sed plures esse Deos, qui tam magnis officiis pro dignitate praecellant, ipsosque universos esse reges, nec inter sese concordes, quorum felicitas in plenaria libidine sisteretur. Judicium subinde sublatum est traditioni, atque oculis corporeis concessum, ut quisque, quod pulchrius, aut utilius sentiretur, Deum esse sciret. Opportune Sapientiae cap. XIII. in princip: *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei, & de his, quae videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt, quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam rectores Orbis Terrarum Deos putaverunt*. Vulgatae tunc fabulae regna singulis luminaribus, & elementis fidem tribuerunt, ipsaque imperitissimae, ut nulla in Caelo stella resplenderet humanis ab incestibus, adulteriis, caedibus, atque rapinis, atque idcirco ea prorsus esset lex regni humani, quam divini reputarent, tum hisce meritis reges elevati inter Deos postea conferentur. Hac arte robustus ille Nembrod primum sibi regnum comparavit, & mortuus [illegible] in Belum, cujus nomen originarium Bahal nihil aliud significat, quam dominatorem, de quo videndus Vossius *de Idolol.* Lib. I. cap. 24., & Samuel Bochartus *Geograph. Sacr.* Lib. XIV. cap. 14., qui manifeste ostendunt, Belum non alium fuisse, quam Nembrod, qui divinitatem sibi praeparaverat, & post mortem per totum fere Orientem notus est. Eidem aetati referenda est divinitas vino, & frumento adtributa sub nomine Bacchi, & Cereris.

Quid

III.

QUid vero contineret historia Bacchi, plena formidine religionis, grande aliquid obtendentis, enucleaverunt fere omnes Ecclesiae Patres, & praecipue Martyr Justinus in Dialogo contra Tryphonem, e quorum penu non sine risu referre constitui. Haec mysteria nil penitus continent, praeter culturam vitis, ac vini praeparandi, ac conservandi institutum; eaque allegorice, & cum magno verborum tonitru exposita sunt. [illegible] vitis est, ut ait Tusanus: *Per Semelem autem vitem intellige, sic dictam, quod* [illegible], *membra concutit vino multo potantium*. Eadem fere leges apud Natalem Comitem *Mythologiae* Lib. V. de Baccho. Haec ea est, de qua sic Orpheus in Hymno ejusdem:

> [illegible]
>
> . . . .
>
> [illegible]
>
> *Voco puellam Cadmi, omnium reginam,*
>
> . . . .
>
> *Matrem coronati Dionysi, jucundi.*

Hanc mutuum honoravit ipsa Persephone, nempe terra vitifera, quae cum tanto sui dolore peperit Bacchum de mixto Jove, idest de moderato calore conceptum; de fulguratore vero, hoc est de ferventissimo versa est in cinerem. Ovidius Metamor. III.

> . . . . *corpus mortale tonantis*
>
> *Non tulit aethereos, donisque jugalibus arsit;*

quam mortuam Bacchus ob merita ex Inferno reduxit, recisam, nempe novo germine pullulantem reddidit. En potissima ratio, ob quam ingenui Pictores illam Libero Patri semper adfinxerunt, ut mysterium explicarent, nec quidquam de fabula occultaretur.

Succus uvae jam maturescens includitur pelliculis acinorum, ne penitus arescat, aut diffluat, donec tempus maturitatis impleatur. Ovidius ibidem:

> *Imperfectus adhuc infans genetricis in alvo*
>
> *Eripitur, Patrioque tener, si credere fas est,*
>
> *Insuitur femori, maternaque tempora complet.*

Siquidem aer, quo nomine Jovem adscribebant, ut saepe monet Cicero, noctu frigidior concretum in granulis succum defendit, & nutrit usque ad tempus praescriptum. Subinde sequitur vindemia, quae ut

ut plurimum opera mulierum exerceatur, & eae sunt nutrices illae, quibus educandum illum tradidit Juppiter. Sic idem Ovidius:

Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. inde datum Nymphae Nyseides antris
Occuluere, lactisque alimenta dedere.

Nec aliter fieri par erat, nam, ebulliente in doliis musto, quidquid evaporatur subsidio alterius musti redintegrari opus est. Deinde in gratiam cauponum introducitur in fabulam Mercurius negotiator, qui Baccham pallio contectum ducat ad Nymphas Lenaeas in speluncis educandum, nempe in cellis vinariis custodiendum. Lenaeae vero Nymphae praesident torcularibus, dictae nimirum ἀπὸ ληνοῦ. Homerus in Hymno Dionysii v. 3:

Ὃν τρέφον ἠΰκομοι νύμφαι παρὰ πατρὸς ἄνακτος
Δεξάμεναι κόλποισι, καὶ ἐνδυκέως ἀτίταλλον
Νύσης ἐν γυάλοις. ὁ δ' ἀέξετο πατρὸς ἕκητι
Ἄντρῳ ἐν εὐώδει.

Quem aluerunt pulchricomae Nymphae a patre rege
Susceptum sinibus, & accurate nutriverunt
Nysae in vallibus. Hic autem crescebat patris favore
Antro in bene olenti . . . . . .

Id vero antrum, ut habet Natalis Comes *Mythol.* Lib. V. cap. 13., duas habere portas, quemadmodum habent dolia, in quibus vinum servatur, unam sursum apertam ad infundendum vinum, deorsum alteram ad miscendum.

Calamitates vero illi non defuerunt. Delatus in Caelum, ut patris femori insereretur, iratam Junonem expertus est, quae ipsum perdere tentavit. Euripides in Bacchis vers. 290:

Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ.
Coelo volebat Juno eum depellere;

& Ovidius loco citato:

. . . . nec sum Saturnia,
si non
Ab Jove mersa suo Stygias penetrabit ad undas.

Haec vero sunt aeris inferioris injuriae, quae vitibus covellis, atque uvis jam maturescentibus efficiunt, ut nebulae, pruinae, grandines, & venti vehementes, quae omnia in ima aeris regione procreantur. Juno etenim est inferior aeris pars, ut Juppiter superna, auctore Servio in VII. vers. 300., & saepe alibi. In bello adversus Titanes membratim discerptus est, cujus cor adhuc palpitans Pallas ad Jovem detulit, a quo fuit re-

mulatum, licet postea revixerit, ut tradit Hyginus Fabula CLXVII. Titanes vero sunt villici, qui vitem humi depactam post tertium annum recidunt, servata tantum palmitis robustioris gemmula, quae cor vitis nuncupari potest, unde vegetior, & fecundior ramusculus prodit; quam recisionem villici nostri *castrare* adpellant, non sine ludibrio cordis Bacchi, ex quo sub hujusmodi metaphora comprehendatur. Alia quoque significatione declaratur tam grande mysterium, quod nempe calcatis, ac contusis per vinitores uvis in lacubus, mustum, adhuc calens, sepultum in doliis, haud multo post non amplius cor, sed integre Bacchus exsiliat.

Quid addam de trimetrio illo celeberrimo, quo Bacchus irruptione facta in Indos, & bello feliciter consummato de ipsis triumphavit? Hanc expeditionem libris XLVIII. Nonnus Panopolitanus exegit; in cujus belli triennalis memoriam trieterica illa sanctissima, toto olim orbi formidata, tantoque adparatu exhibita memorantur; ideo instituta, ut nunquam hujus expeditionis memoria interiret. Mysterium patens est; vitis cultura diu in Oriente neglecta, traductis eo palmitibus propagata est. Triennalis surculorum cultura vinum protulit, unde ebrietas Indiam totam invasit, de qua Bacchus triumphavit. Haec omnia bene nota Nationis nostrae Pictoribus vitem Baccho semper addiderunt testantes, & sincere profitentes, mysteria tam recondita, quae de Baccho tradebantur, nil aliud significare, quam ipsius vitis culturam, ac vini praeparationem mystico fabularum adparatu obtenebratam, ridendam potius, quam venerandam.

IV.

Quae fuerit caussa, cur fatiosa, semperque suspecta Bacchi mysteria tam libenter excepta sint, & licet eliminata, saepe fuerint restituta, inquirendum putamus; nam ejus cognitio maxime confert ad intelligentiam mysteriorum, quae exploranda suscepimus. Minimum beneficium, quod ex eis exspectabatur, erat ubertas terrae, & copia fructuum universorum, quae in Bacchi potestate esse ferebatur; unde Orpheus in Hymno Amphietae:

> Ἀλλὰ, μάκαρ, χλοόκαρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε.
>
> *Sed beate virescere fructum faciens, cornute, fructuose Bacche.*

Terrae motus sedare putabatur, ut in

in alio Hymno Pericionii:

...... [illegible]

...... contingens terras concutiens.

Longam vitam tribuere putabatur, ut in Hymno in Bacchum Homeri, sive alterius, qui id nomen sibi usurpavit:

δὸς δ' ἡμᾶς χαίροντας ἐς ὥρας αὖτις ἱκέσθαι,
Ἐκ δ' αὖθ' ὡράων εἰς τοὺς πολλοὺς ἐνιαυτούς.

Da autem & nos gaudentes ad horas venire,
Ex horis autem rursus ad multos annos.

Nam sub Horarum nomine quatuor anni tempora intelligebant, ut demonstravi in sequenti Dissertatione *de Sarcophago Eugubino*.

Inter vero maxima beneficia, quae a Baccho excipi putabantur, illud potissimum erat, quod libertatem populorum validissime tueretur. Hinc apud Latinos *Liber* cognominatus est, sicut a Graecis Ἐλευθέριος, quod urbes a tyrannorum potestate liberaret. Hinc apud Pausaniam in Atticis tria illi sub hoc titulo dicata templa recensentur. Plutarchus quoque in *Quaestionibus Romanis* inter ceteras caussas, cur Baccho nomen *Liberi* additum sit, hanc etiam recenset, ac repetit potissimum ἀπὸ τοῦ περὶ Ἐλευθερὰς τῆς Βοιωτίας, [illegible] [illegible], *ab eo nempe, quod Bacchus apud Eleutheras Boeotiae urbem Eleutherius, id est Liber dictus fuit*; quod nomen forte sibi paravit, quod pro Boeotiae libertate pugnasse crederetur. Ex oratione vero Demosthenis contra Neaeram manifestissime colligitur, quod pro reipublicae libertate Bacchi orgia colerentur, velati ubi loquitur de Regina Sacrorum, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, *ut patria ritu arcana sacra pro republica immolarentur*; & paullo infra: [illegible] τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, *& illa mulier vobis arcana illa sacra pro republica immolavit*.

Id vero adtributum maxime fecisse puto Etruscos libertatis tenacissimos, donec auctoritatem polluerunt. Qua voce uterentur ad explicandum hoc Bacchi adtributum, ex nullo adhuc monumento cognoscimus; attamen cum Jovem libertatis custodem essari vellent, habuerunt vocabulum SITIR, & ANSIHITIR, *Servatoris*, & *Superservatoris*, ut in Tabulis nostris Eugubinis, quas magna ex parte explicavimus in Paralipomenis ad Dempsterium *de Etruria Regali* Tab. III. lin. 15.

Maximum vero Orgiorum beneficium censebatur, quod peccata universa, quae initiatus patrasset, dis-

dissolverent penitus, & remitterent, quod significabatur per usum vanni, quae purgationis symbolum esse putabatur. Servius in Georg. I:

> . . . . *& mystica vannus Iacchi*.

Mystica Iacchi ideo ait, quod Liberi Patris sacra ad purgationem animae pertinebant, & sic homines ejus mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. At parum fuerat remissionem omnium criminum elargiri, nisi etiam adstrueretur, initiatos fieri impeccabiles; nam Deo pleni, ut adstruebant, quidquid dirum, ac turpe patrarent, non ipsis, sed Deo imputabatur, qui illorum opera, velati materiali instrumento utebatur. Hoc manifeste declarat Jamblicus in libro de Mysteriis, asserens, *quod inspirata verba ab aliena propria*, pag. mihi 58. Ideoque initiati tamquam Bacchi personam referentes venerabantur, de qua abominanda sententia fusius tractavimus in praecitata sequenti Dissertatione.

Consequens erat, ut penitus abluti ab omni antecedenti piaculo, & impeccabiles effecti non tantum post mortem poenas omnes effugerent, sed maxime conspicuum inter beatas sedes locum obtinerent. En quomodo exsultat Bacchi Chorus, cui ipse Deus praeit ad regiam Plutonis apud Aristophanem in Ranis vers. 440:

Δι. Ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσι κόραις
　Εἶμι καὶ γυναιξὶν,
　Οὗ παννυχίζουσι θεᾷ,
　Φέγγος ἱερὸν οἴσων.
Χο. Χωρῶμεν ἐς πολυῤῥόδους
　Λειμῶνας ἀνθεμώδεις,
　Τὸν ἡμέτερον τρόπον,
　Τὸν καλλιχορώτατον
　Παίζοντες, ὃν ὄλβιαι
　Μοῖραι ξυνάγουσι.
　Μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος,
　Καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν,
　Ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ-
　σεβῆ τε διήγομεν
　Τρόπον, περί τε ξένους, καὶ τοὺς ἰ-
　διώτας.

Bacch. *Ego vero cum puellis*
　Vado, & mulieribus,
　Illic excubant Deae,
　Lumen sacrum ferens.
Chor. *Eamus in perrosaria*
　Prata floribus odorifera,
　Nostrum morem
　Pulcherrichoralem
　Ludentes, quem beatae
　Parcae consituunt,
　Solis enim nobis sol,
　Et lumen hilarum est,
　Quicumque sacrati sumus, pi-
　Umque degimus
　Morem circaque hospites, & in-
　digenas.

Laertius quoque in vita Diogenis Cy-

Cynici Lib. VI. c. 29: [illegible Greek] . *Apud [illegible] priore loco [illegible]* tur.

V.

QUam simpliciter, & humane senserint Etrusci pro suo captu de Bacchanalibus, ex jam praemissis agnovimus. Quia vero in illis experimendis sese Graecorum mentibus accomodari debuerant, & eorum arcana propalare, inquirendum superest quidquid ex Graecorum penetralibus acceptum ad nos usque transmiserint. Et primo Bacchum, & Deam Liberam in omnibus nuptiis interponebant, ut in Tab. I. III. V. VI. X. XVI. XXXVI. XXXIX., & alibi; nam praeses nuptiarum, & largitor fecunditatis habebatur, ut semper in illis invocari soleret. Virgilius Aeneid. IV:

Principio delubra adeunt, pacemque per aras
Exquirunt, mactant lectas de more bidentes
Legiferae Cereri, Phoeboque, Patrique Lyaeo,
Junoni ante alias, cui vincla jugalia curae.

Quinimmo ut plurimum in his Tabulis aut ipse, aut Baccha aquae lustralis situlam, & ova ad expiationem nuptialem portant, quae omnia nihil obscurum praeseferunt, cum Graeci Bacchum Deum fecunditatis arbitrum reputarent. Dubium vero maximum mihi objecerunt Tabulae III., V., & VI., in quibus Liber, & Libera auctoritatem suam interponunt in nuptiis Jovis, & Junonis, in quibus piamina universa ministrant. Dubium, inquam, nam Bacchus nondum natus erat, cum Juno nupsit Jovi, quo jamdiu inito matrimonio, ubi Deus ille natus est, [illegible] odiis adeo exarsit, ut infantem perdere serio tentaverit. An hic Pictores nostri anachronismo peccaverunt? Minime quidem; cum enim magnatibus melioris disciplinae operam suam adcomodarent, profundiore Philosophia utebantur, qua tamen Graeci nebulones ea aetate pollebant. Hi nempe cum Bacchum ultra vini praerogativam altius efferre caperent, sub Bacchi nomine mundi animam, atque mentem aeternam, humanarum rerum rectricem intelligebant, sine cujus nutu nuptiae Jovis, & Junonis iniri non poterant. Macrob. Saturnal. I. 18: *Physici [illegible Greek], quia solem mundi oculum esse dixerunt...... Liber a Romanis appellatus, quia liber, & vagus est..... Solem Liberum esse manifeste pronunciat Orpheus.* Sed haec per ambages, qui-

bus

bus fulcitur Macrobius ad systema suum roborandum.

Manifestiora sunt, quae alibi ex eodem Orpheo eruuntur, cum Baccho saepe adtribuat praerogativam primogeniti, & omnipotentis, cui potestas commovendi terram traditur in Hymno Trieterici, qui nimirum vocatur Ῥηξίχθων, *rumpens terram*; quemadmodum & potestatem habuisse illam sedandi, eruitur ex Hymno altero Pericionii paullo supra recensito, in quo dicitur *σεισίχθονα γαῖαν ἀποτινάξας*, *concussionem terrae remittens*. Quae opinio etiam Romae invaluerat, ut colligitur ex Livio Lib. I. Decad: *Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberaeque fuit, quod ex Sabinis terraemotus ingens cum multis aedificiorum ruinis nunciatus erat*. Haec omnia non ad inventionem vini referenda sunt, sed potius ad superiorem quamdam potestatem, quam in regimine totius Orbis terrarum Baccho tribuebant antiqui, de quo fusius egimus in sequenti Dissertatione. Itaque in praecitata Tabula pandunt nobis Pictores nostri acutissimi secretum non admodum vulgatum, quod nempe Bacchus haberetur tamquam naturae arbiter, & custos, & proinde connubiis praesidere, per quae divinum, humanumque genus conservaret, ideoque aeternus nuncupatur, qualem adpellat Ovidius Metamor. IV: *Tu Puer aeternus &c.*, quem etiam Orpheus πρωτογόνον *Primogenitum* vocat, nempe juxta sensum Etruscorum ex Deo increato, & aeterno productum, quem meliori vocabulo Providentiam adpellaremus, qua mundus regitur, & gubernatur, quamque Graeci nebulones ex femore Dei prodiisse fabulabantur, ad similitudinem sapientiae, quae ex cerebro Jovis exsilit.

VI.

Cum ergo Etrusci profundioris disciplinae objecerint nobis Bacchum sub imagine Providentiae Orbis Terrarum rectricis, atque omnium productricis, quam Philosophi veteres mundi totius animam, sive naturam adpellarunt, unde ex intimo terrae universa, quae nascuntur, atque educantur, in hominum usum producuntur in lucem, ecce fabula enascitur, Bacchum sub terra habitare, atque apud Tartarum placidissime obdormire, nisi cum fragore Bacchantiorum excitatus nobis ex imo conspiciendus adsurgit. Hujus sanctissimae allegoriae veluti auctorem Orpheum habuerunt Pictores Etrusci, qui eam prodidit in Hymno Amphietae.

Ὃς παρὰ Περσεφόνης ἱεροῖσι δόμοισιν ἰαύων

Κοιμίζει τριετῆρα χρόνον, Βακχήϊον ἁγνόν.

Αὐτὸς δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλιν ἦρσι κῶμον,

Εἰς ὕμνον τρέπεται σὺν ἐϋζώνοισι τιθήναις,

Εὐνάζων κινῶν τε χρόνους ἐν κυκλάσιν ὥραις.

Qui apud Persephonem sacris domus quiescens

Sopit triennale tempus, Bacchum castum.

Ille vero quando triennalem rursus comum excitat,

Ad hymnum convertitur cum formosis nutricibus,

[illegible] citans, movensque choros in circularibus horis.

Historiam vero hujus triennalis somni apud Inferos, unde excitatus redeat ad auspicanda Bacchanalia sibi dicata, nec pictam, nec sculptam alibi invenies in tota Graeca Antiquaria, nisi in unica singulari Pictura Etrusca in Tabula CCI., & I. hujus Voluminis, dissimulantibus Graecis, aut Latinis Artificibus tam grande mysterium, quod Physicis nil importabat, nisi sterilitatem vitis intra terrae sinum per integrum triennium, donec adulta fructum producat. Opportune Natalis Comes: *Dormit triennium apud Proserpinam Bacchum, quoniam ante id tempus cum vites non sint feraces, dicuntur dormire apud Proserpinam, cum maxime in radices crescant.* Mythologi vero, qui ejus nomen pro natura usurparunt, sub hac ambage calorem terrae sensim operantem significare voluerunt.

Praeterea Deum hunc veluti fecunditatis praesidem declarant monstrosa, ac pudenda illa Mutini simulacra, quae in Bacchanalibus circumferebantur, ab Etruscis tamen modestiae cultoribus non palam, sed linteo sacro velata a mulieribus provectioribus circumduci solebant, ut in Tabula CLXXI. Caeterum Deus iste tantam sibi in depravatis hominum mentibus auctoritatem usurpaverat ob ingentia beneficia, quae ab ipso exspectabantur, ut parum abfuerit, quin ceteros omnes abrogaret; unde inito Deorum concilio constitutum est, ut singula triennia sopitus sub terra otiosus consisteret. Hoc mystice, & subobscure attigit Orpheus in Hymno Liknitis:

Καὶ βουλαῖσι Διὸς ποτ' ἐς ἀγνὴν Περσεφόνειαν

Ἀχθεὶς ἠγαπήθης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

Et consiliis Jovis adque ipsam Persephonem

Mul[illegible] conversus es, tenue im-

mor-

mortalibus Diis.

Huic sententiae adhaeserunt Pictores Tusci, qui Bacchum non modo dormientem effinxerunt in praefata Tabula CCL, quinimmo etiam sopitum, ut aegre a rustico Ampelo excitetur. Dominus tamen praeservata auctoritas fuit remittendi universa supplicia, quae cultores sui pro patratis criminibus mererentur. Heu quanta fabularum involucra ad magis, magisque perturbandas hominum mentes, quae jam tenebris premebantur!

VII.

QUa ratione, quove ritu Antistita Bacchi crearetur, silentio praeterierunt Scriptores, sed a Picturis Etruscorum *aliqua* adcepimus. *Sacerdotes initium Matronas creari solitas*, refert Livius Lib. XXXIX. Eligi vero consuevisse reor a toto Matronarum coetu; nam illa formula *Matronas creari* quamcumque alienam potestatem videtur excludere. Annuum vero fuisse id sacerdotium, colligo ex verbis ejusdem Livii: *Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur*; nec enim haud triennale fuit id Sacerdotium, neque excitatum tantummodo, cum Bacchanalia imminerent. Subdit deinde arbitratu suo Pacullam Miniam Campanam *pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse*. Fortasse numerus ille palmitum vitis, quam Bacchi Antistes, ut diximus, circumferebat, numerum horumve dierum significabat, ut prima, & secunda die vitis esset bifida, tertio die trifida, at quadrifida quarto, quinto vero in quinque surculos divideretur, ut hoc indicio progressus sacrorum dierum initiationi constitutorum cognosceretur. Ex hoc praevio lumine intelligimus, Picturas hasce Etruscas, quae ad Bacchi sacra pertinent, non omnes ad clamorosa, & furibunda Bacchanalia pertinere, sed magna ex parte spectare ad mitiores caeremonias initiationum non modo Tironum, sed etiam Antistitum iuniorum, maris, & feminae, quae intra sacrarii limites perficiebantur.

Quae vero forma servaretur in primaria Antistitae electione, in tanto Scriptorum silentio exponunt nobis loquacissimae hae nostrae Picturae. Electa hac Sacerdote, nuncii ad ejus domum mittebantur cum tessera trietericorum, & vitta sacra, quae praecipua erat pro supremo officio. Praeferebantur praeterea piamina ad personae purificationem. Tessera vero, sive symbo-

lum Bacchanaliorum erant tria illa poma aurea ad similitudinem illorum, quae ex Hesperidum hortis Hercules reportaverat, & in cista mystica inter arcana mysteria servabantur, quae nobis prodidit Clemens Alexandrinus in Cohortation. ad Gentes Cap. II:

> κῶνος, ἢ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
> μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.
> [illegible]
>
> *Turbo, trochus, tum quae infestos membris circum*
> *Ludicra, & auricomi illa aurea ex arbore fetus*
> *Hesperidum.*

Haec igitur mittebantur Reginae Sacrorum custodienda, ut adparet ex singulari Tabula CCVI. Mittebantur vero per Silenos larvatos, qui scala adrecta ad fenestram legitione sua fungebantur, ne sacramentum tam venerandum per januam popularem, & profanam demum Antistitae subiret. Illa vero adceptum pignus in ara domestica inclusum vitta sacerdotali religiose servabat, quod manifeste patet ex Tabula praecedentis Vol. CXCIII., & CXCV., & alibi, ubi aram intuemur, in cujus crepidine in sinu vittae sacrae haec tria poma occurrunt, ad quam adcedentes Antistitae privatim sacra perficiunt. Eamdem caeremoniam rursus observamus in hoc Tomo Tab. CCII., in qua unus ex Silenis larvatus, qui haec eadem tria pomula Reginae Sacrorum religiose consignat.

Ea igitur renunciata inaugurari debebat praevia expiatione per aquam lustralem, & taedam, quae pinnina secum deferunt ministri in Tabula CCVI. superius indicata, & in sequentibus CCVII., & CCIX. Deinde per tibicines proclamabatur, ut publice innotesceret, quam illa personam gereret, demum ab universo Choro, veluti quae ipsius Deae Liberae personam gereret, venerabatur, additis etiam muneribus in obsequium principatus, ut Tabulis CCXII., CCXIII., & CCXIV.

VIII.

PRima sacrarium id ad solas feminas pertinuisse, intelligimus ex Livio loco citato. Ast paullo ante annum Urbis DLXVII., quo Bacchanalia ex S. C. sublata sunt fraude Pacullae Miniae Campanae Sacerdotis, quae ex eodem Livio adhuc Romae cum filiis degebat, viri in sacrarium admissi sunt. Placuit igitur mulieribus, quae sese Bacchi nutrices esse vociferabantur, & Re-

& Reginae Sacrorum, quae pro ipsa Dea Libera sese ostentabat, non excludit sexum ipsius Dei, qui Bacchum eumdem repraesentaret. Potior caussa fuit eadem caelibatus in sacro, in quo licentia facilius obtegebatur. Hinc Rex Sacrorum Reginae conjunctus est; servata tamen feminae praerogativa primatus, ad quam usque ab initio pertinebat, & ex cujus indulgentia potestas communicata erat cum viris. Quaesitum praeterea subsidium sexui debiliori pro firmitate instituti, & opes ampliores ad splendorem illius adcessione virorum.

Primatum igitur feminae adserit nobis Pictor Tabulae CCVI. eum clavo, ex qua colligimus, quod tessera Baccanaliorum non penes virum, sed feminam videretur; constat enim in universis initiis tesseras illas praecurrisse, quemadmodum in Eleusiniis pecten trasmittebatur. Theodoretus *de Graecarum affectionum curatione* Serm. VII. pag. 583. To. IV. Oper: [illegible] *Initia enim Cereris, & Liberi Patris Orgia earum scelerum quaedam incunabula praecedebant. Elatus namque pudendum ostentabat, vocatum Phallagogia.* Ex alio vero ejusdem Vasculi latere Tab. CCVI. ipsa Maronea expressa conspicitur, quae eadem poena, & vittam praeferebant in testimonium delatae sibi potestatis supremae virum adloquitur, atque adsumit in consortium sacerdotii, cujus insignia jactanter praesefert. Virum fortasse suum? non equidem credo, ut alibi demonstravi in Notis, sed delectum ab universo Choro illarum, quae intima secreta participarent, dummodo tamen vir eligendus, quicumque esset, initia suscepisset. Iterum vero demonstrat, creationem Antistitae praecessisse; nam in Tabula CLII. novus iste Bacchus sedens a Baccha coronatur.

Ante exercitium ordinis lavacrum praecedere debuisse, monet Pictor Tabulae CCIII., ubi Antistes e balneo surgens, ac sedens in lecto a Fauno, & Baccha expiatur, quae velati in conspectu Numinis vannum oculis anteposuit, cujus virtute, quia sacer habebatur, a fulgoribus divinitatis se defendit respiciens per rimulas. Adsumptis deinde insignibus Bacchicis, procedit e sacrario in publicum conspiciendus, ut in Tabula CCIV. Deinde velut ovans equo vectus adparet, ut in Tabula CLIII., cum ferculo unico vitis, ac simplici, quemadmodum adhuc caelebs; nam ceteroquin inito mystico conjugio in-

ore ipsum, & Bacchum, ut infra videbimus, ad denotandam conjunctionem, sive potius, quia dies ille primus factorum esset, saeculi vitis semper multiplicantur, ut in Tabulis CIII., CXX., CXXI., aliisque, quas supra notavimus. Demum jam sponsus Reginae curru quadrigis circumfertur per urbem solemni pompa, cui Antistita equorum habenas adtribuit, hoc etiam non obscuro indicio potestatem sacerdotii ab illa sibi adtributam, ut in Tabulis CLII., & CCV., quamquam in praecedente Bacchus sub Minervae specie huic officio faciat satis; nam, ut saepe observavimus, in hac caeremonia Actores Deorum habitum, & insignia sibi usurparunt.

I X.

SEcretum alterum nobis enunciant Pictores ab Historicis praetermissum, quia forsitan ignoratum, nempe mysticum, sive fictitium illud connubium, quod iniri solebat inter Regem, & Reginam Sacrorum; mysticum quidem, atque imaginarium decantabatur, an vero intra caeremoniae limites constringeretur, seu potius accesserit ad veritatem, non sine suspicione Pictores Tusci nobis objecerunt, potissime cum singulis triennalis observa haec sacra solemnia, quam quod singulis mensibus, & annis instaurarentur. Innovabatur tunc memoria non modo triumphi Bacchici celebrati de subactis post triennale bellum populis Indicis, sed etiam connubii illius cum Ariadna, quod argumento siderum toti caelo memorabile fuerat, ac proinde non oblitterandum in terris, ut potestas inter duos sexus divisa sacro quodam vinculo jungeretur. Illinc introductum fuit, ut duobus sacrificiis constitutis, qui haec sacra hominibus ministrarent, sub matrimonii imagine ligarentur, adhibitis fere omnibus nuptiarum ritibus, qui inter homines fuerant introducti.

Testes producimus Picturas nostras, in quibus nuptiales faces introducuntur, ut in Tab. CCXXIII., CCXXIV., & alibi. Antistita cultu virginali producitur ad virum in Tabulis CCXVI., CCXVIII., & CCXX. Interveniebant caeremoniae Pronuba, & Paranymphus in Tabula CCXVII., & quod maxime denotabat solemnitatem nuptialem, in hac, & sequenti Tab. CCXVIII. Victoria utrumque sponsum coronat, quale decus nonnisi regibus adtribuebatur, ut alibi jam probavimus. Convivia solemnitati respondebant omni adparatu exhibita, ut in Tabulis

bulis CCXXXIX., CCXLI., & CCXLII., cum potissimo Musicae vocalis, & organicae concentu, prout in citatis, ac sequentibus Tabulis, in quibus feminula Sponsa cum feminula Antistite discumbit. Quid igitur deerat ad thalamum? Nihil profecto, si consulas in Tomo praecedente Tabulam CLI., in qua Rex sacrorum adprehensam manu Reginam velatam, atque virginalem pudicitiam simulantem secessum traducit, dum Faunus exemplum sequutus repugnanti Matronae ex eodem Choro non ambigue insidiatur. Praecedit licentia haec mystica; nam in Tab. CXVII., & CXVIII. suprema haec Antistita tunicam sibi ex humero dissolvit. Demum in ejusdem anterioris Vol. Tabula CLIII. in amplexum Regis sacrorum effunditur, ut quae essent haec mysteria, tam profundis arcanis obnubilata, & nemini adhuc prodita, detegerentur, simulque horrescamus, quae fuerint haec sacra in ceteris, quae tam exsecranda in illorum Choriphaeis fuisse, Pictores nostri tradiderunt.

X.

IN hisce congressibus Tirones initiabantur. Livius Lib. cit: *Biennio proximo institutum esse, ne quis major XX. annis initiaretur. Captari aetatem erroris patientem.* Constat quidem participes hujus sacri pro vario profectu, atque experimento silentii in tres saltem ordines fuisse divisos, quorum primus erat Tirunculorum, qui ex ferina, ut ajebant, vita, & penitus inhumana, qua alieni vivere dicebantur, ad sublimiorem, atque caelestem participandam separari solebant a vulgo, quem veluti profanum adversabantur. Hos sub Satyrorum specie exprimebant, non aliter, ac si ex parte tantum homines censerentur, cetera belluae. Hi sunt, qui Bacchanalium historias marmori, & gemmis insculptas magna ex parte occupant, & in quibus infima officia, & laboriosa subeunt, nec umquam nobilioribus admiscentur; Haec enim demandantur Faunis, qui ordinem superiorem occupabant, aut Silenis, qui supremum, & ipsi Baccho proximum.

Sed plura nobis haud aliter cognita Picturae nostrae patefecerunt; nempe quod adolescentuli, cum in sacrarium introducerentur, hispida hircorum, quos sacrificassent, pelle a summo ad imum vestirentur, ne quid humani adpareret, velata etiam facie deformissima, atque horrida larva, ut ferinum undique adspectum praeseferrent; quod ex-

ce-

cepimus manifestissime ex superiori Volumine Tabula CXXII., ubi puer, musica praecedente, pergit ad sacrarium suino corio indutus, haud obscuro indicio, se jam primum victimam consecrasse, secundam rursus debere offerendam, nullam tamen adhuc vitta, aut nebride decoratus. Huic succedit alter similis infra in Tab. CCXXXV., qui tibiis insistit, his pariter insignibus destitutus. At Tomo II. in Tabula speciosissima CXXIII. puer initiatus, & sacris plenissime expiatus, hirsuta pelle contectus, non modo vitta purpurea praecinctus est, sed insuper nebridem gestat, Bacchi potissimum ornamentum, quod etiam praemissis caeremoniis adhibebatur. Quinimmo Lyram sustinet ornatam pariter vitta purpurea; nam in profectu horum sacrorum vittae plures initiatis tradebantur, quod etiam in Rege, & Regina sacrorum observavimus, quae fortasse aliquo discrimine praesertim vero lemniscorum differebant.

Hanc graduum differentiam, quam maxime ex monumentis, praesertim vero ex hisce Picturis agnovimus, etiam in Mysteriis Eleusiniis intervenisse, accepimus ex Clemente Alexandrino Stromat. Lib. V. cap. xi. pag. 688., & 689. To. II. edit. Cantabrig. Hanc magnificis quibusdam titulis distinguebant; primus enim vocabatur [illegible] *purgatio*, secundus [illegible] *praeparatio*, tertius denique [illegible] *contemplari tempus*, sive *contemplatio*, quam partitionem etiam in Orgiis agnosco. Quinquennium inter utrumque gradum intercedere oportebat, quod colligo ex Tertulliano contra Valentinianos: *Epoptas autem quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent*. Longe aliis moribus ab iis, qui Eleusiniis initiati essent, quos magnis laudibus effert Cicero, vivebant cultores Bacchi; ordo tamen utriusque sacri, & series caeremoniarum maxime inter sese conveniebant, ut saepe innuunt, qui de utroque ritu disputationem instituerunt, Henricus Engelingius, Johannes Meursius, Johannes Nicolaius, aliique de Graeca eruditione optime meriti, qui veterum Scriptorum testimonia in id argumentum inlustrandum cumularunt.

Cum vero initiati ad sacra Bacchi de uno in alterum ordinem progrederentur, novis semper purgationibus, & praecipue lavacris expiari solebant, cum saepissime nudi conspiciantur sedentes in linteo, quo tergerentur. Linteum vero, quo sordes animi universas tersisse reputabant, adeo sacrum erat, ut in uni-

diversis pene adstantibus, quae ad sacra pertinerent, brachiis involutam, atque hinc inde fluitantem illam ostentarent; quo exemplo nihil frequentius in his Tabulis. Hos vero adolescentes circa prima Mysteriorum rudimenta instruendos suscipiebant Antistitae provectiores, quod indicat ipsa formula *Bacchis initiari*. Id manifeste ostendit Tabula CXXIII., in qua mulier gravi aspectu aliquid edicit puero hedina pelle contecto, qui jam victimis de more mactatis criniferam fasciam reportaverat. In sex vero sequentibus Tabulis plura cumulantur similia exempla, dum adolescentes sublata manu juramentum interponere conspiciuntur, quinimmo in Tabula CXXVIII. Tiro sacram vannum tangit maxime sese obstringens sacramento. De hoc ritu, seu potius lege meminit Livius loco toties excitato, ubi vinculum id infamiae tribuitur iis, qui hisce sacris nomen adjunxissent: *Hoc sacramento initiatos juvenes milites faciendos censetis Quirites*. Formulam, qua uterentur Etrusci, ignoramus, nisi eadem fuerit, quam Graeci in eodem sacro usurpabant, teste Demosthene in oratione de Corona, dum haec objicit, & exprobat Aeschini: τὰς νύκτας νεβρίζων, καὶ κρατηρίζων, καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ, καὶ τοῖς πιτύροις· καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, ΕΦΥΓΟΝ ΚΑΚΟΝ ΕΥΡΟΝ ΑΜΕΙΝΟΝ. *Noctu quidem hinnuleam pellem, & aqua lustrans, atque expians eos, qui initiabantur, & extergens luto, & furfuribus; & cum surrexisset a lustratione dicere jubens*: MALA EFFUGI REPERI MELIORA. Lutum vero fortasse fieri solebat ex creta illa Cimolia, qua utebantur ad majorem corporis purgationem, quemadmodum & fullones ad maculas abstergendas.

Fortasse etiam in Tironum provectione tentatae sortes, in quibus Deorum judicium maxime collocabant, de qua nova superstitione a Scriptoribus praetermissa vehementissimam nobis ingerunt suspicionem Pictores Etrusci in Tab. CXXXVI. Tomi II., ac in altera pariter ejusdem numeri praesentis Centuriae, in quibus, una ex Bacchis alteram postulante, vel una ex Faunis petente, sortes in altum mittuntur, ubi alterum jussu Haruspicis locum subit ad explorandam Numinis voluntatem, an quis e gradu sit promovendus.

X I.

IN ceteris Deorum sacris vinculum quoddam inter illos, atque homines interesse putarunt Ethnici, ut secreta quadam inspiratione futuram voluntatem adsequi reputarent, quam magis apertam consequi reputarent, quam magis apertam consequi per somnia jactitabant, cum potissime super victimarum pelles soporarentur, ut de Fauno refert Virgilius VII:

> . . . . *hinc dona sacerdos*
> *Contulit, et caesarum ovium sub nocte silenti*
> *Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit.*

In Orgiis vero Bacchi id singulare notabatur, quod ipsemet Deus sese visendum ostenderet. Orpheus in Hymno Lysii Lenaei:

> . . . . θνητοῖς φανείς.
> . . . . *Mortalibus adparens.*
> τοῖς [illegible], ἠδ' ἀθανάτοις [illegible]
> *Quibusvis mortalium, et immortalium fulgens;*

& Horatius Lib. II. Od. 19:

> *Bacchum in remotis carmina rupibus*
> *Vidi docentem; Credite posteri;*

Quibus adde Sophoclem, Euripidem, aliosque multos, quos cumulavi in notis ad Tabulam CXLVI. Neque hic praetermittenda est Tabula CLXXI., in qua perspicue a Tusco Pictore expressa est haec Numinis manifestatio in coetu mulierum, & Faunorum cum trisido fulmine instar tridentis, de quo adtributo videnda, quae diximus in nostris Paralipomenis ad *Etruriam Regalem* Dempsterii. Hunc Numinis occursum facile Poetarum excessibus tribueremus, nisi Pictorum nostrorum accederet frequentissimum testimonium; ipsi enim universa, quae ab initiatis credebantur, Picturis suis expresserunt. Fortasse impostores illi ope machinarum, artificiosis splendoribus adhibitis, cum populus vino aestuaret, imaginem aliquam credulis obiiciebant.

Introductum vero fuerat, ut quoties haec illusio, sive etiam praestigium exhiberetur, adstantes aliquid sibi oculis obiicerent, sive vanum, seu potius velum, aut palmas, ut frequentissime in his Picturis observamus, specie quidem religionis, ne libero obtutu, & procaci adspectu Deum intuerentur, quod ferale putabatur, atque interitus auspicium, sed revera, ne fraus Antistitum manifestaretur, et per

per vimineorum rimulas manu titubante interjectas mendacium consideretur. In Tabula CXXXI. Baccha furore Cistam attollens, quasi horrore correpta, quod grande aliquid sibi occurrit, a parte dextera stolam adtollit, alio sese convertens, ne confidentius adspiciat. Aliquando flabella, specula, & pateras obponunt, aut quidquid ad manum est, ne splendoribus Numinis obruantur. Habuere praeterea Thyrsos, in quorum summitate lamella patens infixa erat, tota foraminibus pervia, per quam tutius prospicere venientem Deum potuissent, ut in Tabulis CCIV. CCVII. CCVIII. CCX. CCXIII. CCXIV. CCXX., & passim alibi. Hanc cultus formulam, nec a Scriptoribus, neque a marmoreis monumentis accepimus, sed unice Pictoribus nostris acceptam esse referendam judicamus, qui, ut videtur, mysteria haec despectui habebant, & deridenda ostentabant.

X I I.

INter inverecundissima Bacchanaliorum spectacula, quae a Pictoribus Tuscis propalata sunt, adcenseamus etiam Deorum ludibria, cum illos saepe videamus introduci ad ridiculas fabellas in conspectu populi exhibendas per Maccos, atque Ludiones. In Tab. CIV. Mercurius Choriphaeum, & Hercules Bacchum ebriosum, & itineris impatientem in caelum efferunt, choro Bacchico admirante. Callidus Mercurius praecursorem agit, at Hercules jumenti vicem gerit. In Tabula CLXV. Vulcanus rixatur cum suis Cyclopibus; quae quidem fabula, veluti Deo dignissima iterum redit in formam in alio diverso Vase lecta in Tabula CCLIII. Ast in sequente CCLV. Daedalus, & Enyalius laneis configunt Rheam in throno sedentem, aliaque similia in tota hac Picturarum serie objecta videbis risui, ac sibilis popularibus, haud obscuro argumento, Tuscos aliter sensisse, quam ceteri populi, de Idolorum cultu, ut hasce caeremonias inter pompas mere civiles computaverint.

Obvia quoque sunt in hac serie Tabularum ludicra Comoedianum schemata, qualia sacris hisce mysteriis interserebantur non sine obscenitate, nec mirum, cum haec spectacula Baccho sacra haberentur eo usque, ut in omni theatro, dum homines pretium honestati constituebant, ara ipsi Deo perpetuo thure crepitaret, ut idem haberetur interesse spectaculis hujus notae, ac offerre sacrificium. Haec Bacchanaliorum parerga soli Pictores Tusci po-

nobis objecerunt; cum ceteroquin marmora ejusdem argumenti, nonnisi tripudia, & compotationes, furialesque Bacchantum motus, & omnigenorum organorum crepitus exponunt, per quae Deum sese adcipere profitebantur. Haec omnia in sensu mystico, & arcano adcipienda esse praedicabant, qui nimis cauti religioni, quam nemo intelligeret, mentem, animumque submitterent sub fiducia superis. Nil praeterea ordinatum, & certa lege compositum in hisce monumentis observabis, sed unum mentis excessum communi furore, & vini intemperantia excitatum usque ad rabiem, ut declarat Arnobius Lib. V: *Bacchanalia etiam praetermittemus immania, quibus nomen Omophagiis Graecum est, in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine, ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.*

Unicum, quem ego viderim, Statius in admirando Achilleidos fragmento ordinatam pompae seriem a ritualibus, nec aliunde, desumptam publicae luci exponere non dubitavit, cujus integrum textum in partes singulas distributum retuli in notis ad Tab. CLXXI. in Tomo antecedente: scripsit enim ea aetate, qua rigor secreti maxime remissus libertatem aliquam effandi aliquid e mysteriis induxerat. Ea vero, quae ipse serius scriptis mandaverat, jamdudum schola Etrusca ope Picturae patefecerat, ut demonstravimus in notis ad Tabulam CCXXXII., & multis sequentibus. Ex iis fontibus agnovimus Samothraciam saltationem bellicrepam, item Laconicam, quae in orbem vertebatur, & pectinem amatorium, nempe, ut puto, aciem in cuneos deinceps, ne frons tota aperta, & patens incursui hostium pateret, locum obtinuisse in pompis Bacchanalibus ad decorem, & majestatem huic spectaculo adaugendam, praecipue in populo armigero, & severioris instituti, qualis erat Etruscus; nam ignotas adhuc hujusmodi pompas nonnisi in Picturis Etruscis invenies, nusquam vero in marmoribus, sive Graeca sint, sive Romana.

Haec notanda censuimus ex Picturis usque adeo vulgatis, multo plura reservantes ad centum sequentium Centuriarum, quas jam promptas publicae luci paravimus, si per aetatem datum erit, & casus humanae vitae concepta vota secundabunt.

DE
MARMOREO SARCOPHAGO
EUGUBINO
ARCANA BACCHI MYSTERIA EXPRIMENTE

IN VESTIBULO MONASTERII SPLENDIDISSIMAE CONGREGATIONIS
OLIVETANORUM ASSERVATO

EPISTOLA

JOH. BAPTISTAE PASSERII NOB. EUGUBINI

AD REVERENDISSIMUM ET RELIGIOSISSIMUM PATREM

DOMN. M. ANTONIUM CHIOCCIUM

EIUSDEM MONASTERII ABBATEM MERITISSIMUM.

SYNOPSIS ARTICULORUM.

I. Occasio scribendi ex monitu sapientissimi Cardinalis Johannis Francisci Stoppanii olim Metaurensis Provinciae Legati.

II. Sarcophagi Eugubini sculptura per partes describitur.

III. Bacchi cultores, & ejus sacris initiati, veluti Dii reputabantur, & peccatorum omnium experte; illorumque imagines Bacchum ipsum symbolice repraesentabant.

IV. Expenditur Mythologia, per quam quatuor anni tempora ad Bacchum referebantur etiam ex disciplina Etruscorum.

V. Producitur conjectura de imaginibus duorum adolescentum, qui in media fronte hujus urnae clypeum extollunt cum imagine defuncti, quod nempe Orientem, & Occidentem, sive Luciferum, & Hesperum significent. Heroum animas in caelum elevabant. Imagines enim virorum illustrium in clypeis caelabantur.

VI. Explicantur parerga singula hujus marmoris, nempe Satyrisci, lepores, hinnuli, Oceanus, Tellus, & gryphi.

VII. Fata hujus Urnae recensentur.



PRAE-

II. Marmoreo Sarcophago Eugubino Pag. XXXVII





DE MARMOREO SARCOPHAGO
E U G U B I N O

I.

CUM in hoc tertio Picturarum Etruscorum Volumine multa de occultis Bacchi mysteriis non vulgaria tractare contigerit, subiit animo aliquid depromere e penu Antiquitatum Eugubii, Majorum meorum dilectissimae Patriae, quam si humanae vicissitudines alteram mihi constituerint, dulcis tamen aviti soli recordatio, & pueritiae ibi suaviter actae inter studia, dein & ornamenta publice in me conlata absentiae diuturnae detrimenta augmento amoris repararunt, ut aliquando dilectio abierit in desiderium. Cum igitur a primis usque annis in admirandas antiquitatis reliquias toto spiritu ferrer, quae istic & multae, & splendidissimae sunt, saepius contemplabar in Xystis magnifici Monasterii Sancti Petri, cui, ABBAS REVERENDISSIME, jure merito praees, ingentem illum marmoreum Sarcophagum miro artificio figuratum. Hunc deinde mihi saepe laudabat hospes aliquando tuus, ac nullius rei eruditae ignarus Johannes Franciscus Cardinalis Stoppanius tunc Metaurensis Provinciae Legatus, cui a cognitionibus aderam, omnigenam ejus doctrinam semper suspiciens. Nec laudabat modo, sed praesenti adhuc, viridique memo-

ria

ria istam mihi describebat, nihilominus dissimulabam judicium meum argumento similium, quos Romae observaverat, quod nempe occulta in illo Bacchi mysteria continerentur, cupiens & ipsum quoque aliquando evulgari. Inhiabam tunc: fortasse fuit ejus auspicio, quod mihi semper in studiis faustissimum expertus sum, in ordinandis, atque exponendis Etruscorum Picturis, inter quas multas selegeram, quae ad Bacchi obscurissima sacra pertinebant, subitque desiderium, ut hujus marmoris schema ob oculos haberem, ut si quando studio tunc meo suppetias ferret, operi inserendum publicae luci donarem. Res e voto successit; beneficio enim tuo, ABBAS MERITISSIME, non tantum lineamenta papyro excepta, sed aeneae tabulae incisa ultro recepi, ac continuo cognovi judicium, quod de hoc Anaglypho protulerat sapientissimus Purpuratus, punctum attigisse, quidquid aliter senserint hi, qui cetera similia huic nostro marmora jam dudum typis evulgarunt.

II.

CONtemplatus igitur hujus sculpturae imaginem vidi historiam totam ad arcana Bacchi mysteria pertinere, non equidem ad ea ferialia, & incomposita, quae ut plurimum in Sarcophagis conspiciuntur, sed quae Philosophi, ac Mythologi ad altiora contendentes mente conceperant. In media scena, ubi in vulgaribus Bacchi solius imago conspicitur, ut apud Montfauconium *Antiquit. explicat.* Tom. I. Tab. CLIII., & apud Bellorium inter *Admiranda Urbis Romae* Tab. LXXIX., in nostro hoc marmore vicem ejusdem Numinis supplet imago defuncti, pectore tenus expressa in clypeo, seu disco, toga amicti, & volumen dextera ostentantis, in signum splendidioris alicujus officii cum potestate, ut in alio antecedenti apud Bellorium Tabula LXXVIII. In aliis similibus sculpturis, quas Romae videram, togatus iste non volumen, sed mappam in globum convolutam retinet, qua supremi urbium Magistratus, cum spectaculis praesiderent, missum dabant, eaque in arenam e podio jacta, decursiones excitabantur, de qua Martialis Lib. XII. 29:

Cretatam Praetor vellet cum mittere mappam.

Gemini Satyrisci surgentes e parva laca, in qua uvas calcant, discum humeris sustinent. In priore Dissertatione jam declaravimus, Satyriscos fuisse adolescentes, qui prima tantum initia in Orgiis Bacchi re-

recepissent, quibus propterea viliora, & magis laboriosa in sacris Bacchi ministeria committebantur. Terni hinc inde adolescentes cirrati, coronati, & chlamydula adoperti, more Deorum, quibus id indumentum tribui solebat, proprie peplum vocatum, coronisque aligeri frontem totam occupant. Quatuor extremi totidem anni tempora, quae sub potestate Bacchi censebantur, repraesentant. Graeci Horas vocabant, & feminea specie exprimebant. Alii duo, qui clypeum sustinent, obscurioris significationis sunt, de quibus infra judicium nostrum proferemus. Inter eorum pedes gemini lepusculi, sive cuniculi poma depascunt.

A parte orientali, quae nobis intuentibus dextera est, adolescens calathum cum herbis adtollit, & sinistra manu clypeum sustinet. Qui vero illi respondet a latere sinistro, cistam adtollit cum floribus. Ex quatuor extremis ultimus in angulo occidentali cucullatus cum calatho avibus referto, Hiems est, & manu dextera pendentes anseres sustinet. Ei succedit alter spicis coronatus cum cistula similibus spicis referta, recurvam falcem laeva manu adtollens, & Aestatem significat. Autumnus in angulo orientali offert canistrum cum pomis. Proxime Ver ostentat flores suos. Ex his quatuor Ver, & Aestas administros, & adjutores habent Geniolos suos; humi vero sub pedibus Hiemis, & Aestatis jacet Dea seminuda, nempe Tellus; inter crura vero Autumni, & Veris recumbens conspicitur Oceanus, qui ex urna aquam fundit. Ad pedes Aestatis, & Veris gemini hirculi famelici caput adtollunt, escam adpetentes. Hinc conjicimus, quatuor haec anni tempora semper eodem ordine in similibus marmoribus, praesertim Bellorianis, quae supra indicavimus, fuisse disposita.

III.

Cum plurima, ut diximus, hujus argumenti marmora, in quibus quatuor anni tempora sculpta sunt, Bacchi imaginem in media fronte contineant, alia vero, ut noster praesens, defuncti hominis protomen, inquirendum nunc est, quae relatio, aut adfinitas constituta fuerit ab antiquis inter Bacchum, & hominem jam defunctum. Saepe invenimus Bacchi mysteria maximam apud vulgus auctoritatem sibi usurpasse, quod ab omni labe animas purgare crederentur, illasque ad aeternam post mortem beatitudinem elevare. Cicero de Legibus

bus Lib. II. cap. 14: *Nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti, immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus; initiaque, ut appellantur, ita revera principia vitae cognovimus, neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, & etiam cum spe meliore moriendi.* Hanc doctrinam passim obtrudit Aristides in Eleusiniis, Apulejus Metamor. XI., Laertius in Diogene Cynico, caeterique veteres, qui id argumentum attigerunt. Hinc error inolevit, symbola quaedam Orgiorum frequentissime in sepulcris insculpta conspici, ut animae defunctorum hoc veluti vadimonio liberae ad piorum sedes transferrentur. Id praecipue praestare putabatur imago Bacchi, dum in sepulcro insculpta cerneretur. Cur vero loco Bacchi imago defuncti insculpta sit, breviter expediam. Putabant veteres, eos, qui Bacchicis initiati essent, & praesertim Sacerdotes, veluti plenos Numine, in illius vicem succedere, & tamquam Numen venerari, unde Horatius Lib. III. Ode 25.

Quo me, Bacche, rapis tui
Plenum?

& Euripides in Bacchis 303:

.... καὶ τὸ βακχεύσιμον,
Καὶ τὸ μανιῶδες, μαντικὴν πολλὴν ἔχει.
Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολὺς,
Λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.

.... nam Bacchatio,
Et furor vaticinandi vim habet,
Quando Deus in corpus venit multus
Dicere futura insanos facit.

Et Arnobius adversus Gentes Lib. V: *Bacchanalia etiam praetermittemus....... atque ut vos plenos Dei numine, & majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.*

Adde rursum, quod hi, qui Bacchi tesseram accepissent, impeccabiles esse putabantur; quidquid enim, licet obscenissimum foret, atque exsecrandum, non sibi, veluti si mortuus esset, imputabatur, sed Deo, qui in ipso viveret, atque operaretur. Ita Jamblicus de Mysteriis pag. mihi 58: *Inspiratus vacat ab actione propria, quia Deum habet pro anima.* Cum itaque initiati ad Orgia Bacchi, qualem fuisse non dubito illum, qui sibi id sepulcrum paraverat, inspirati censerentur, veluti impeccabiles, instar Deorum, reputabantur. Hac de caussa Bacchi Sacerdotes, ac Sacerdotissae in tota hac serie Pictura-

earum univerſa Bacchi inſignia, & ſymbola ſibi adtribuunt, formamque, & habitum Dei ſibi uſurpant, immo etiam honores. Aliud profecto hujus diſciplinae teſtimonium ex citato marmore Belloriano Tabula LXXVIII., cui adprime reſpondet id noſtrum praeſens; nam in clypeo, ubi ſculptae ſunt imagines viri, & uxoris, addita ſunt parerga, quae illorum divinitatem maniſeſtiſſime oſtendunt, nempe duodecim ſigna Zodiaci, quae mortuo cujuſvis eximiae dignitatis minime convenirent, niſi ejus temporis opinio illis divinitatem tribuiſſet, aenigmatice indicando, eos caeli dominio potiri, qualis propemodum Bacchus putabatur, ut colligitur ex Macrobio Saturnal. I. cap. 21.

Alterum maniſeſtiſſimum argumentum deſumitur ex Inſcriptione Gruteriana pag. 304. num. 5. Sarſinae, in qua ſculpta cernuntur eadem ſimulacra quatuor anni temporum cum hoc lemmate, quod etiam legitur apud Philippum Antoninum in Antiquitatibus Sarſinatibus Part. I. Cap. V., unde nos ipſum exſcribimus.

D. M
MARCANAE
C. F. VERAE
T. CAESIVS
LYSIMACHVS
CONIVGI . SANCTISSIMAE
ET . SIBI . VIVOS . POSVIT
VER . TIBI . CONTRIBVAT . SVA . MVNERA
FLOREA . GRATA . ET . TIBI . GRATA
COMIS . NVTET . AESTIVA . VOLVPTAS
REDDAT . ET . AVTVMNVS . BACCHI
TIBI . MVNERA . SEMPER . AC . LEVE
HIBERNI . TEMPVS . TELLVRE . DICETVR

Cum igitur haec totius anni dona, ac delicias in Bacchi poteſtate conferrentur, atque ipſi potiſſime convenientia, nullo jure adtribui poterant MARCANAE VERAE, niſi & ipſa choro Bacchico addicta ita hujus Numinis divinitatem participaret, ut & ipſi ejuſdem Numinis adtributa concederentur.

Nil igitur mirum, quod in no-

stro hoc marmore imago defuncti locum obtineat ipsius Bacchi, qui in aliis multis expressus est, ut Bacchum ipsum repraesentet, nec praetermittam hoc loco conjecturam, quae mihi fortissima occurrit ad explicandam arcanum, cur nempe, praetermissa imagine Bacchi, quae frontem urnae occupare solebat, ejus loco protome defuncti substitui consueverit. Sed sciendum est, id argumentum in marmoribus sepulcralibus antiquissimum & Romae, & per Italiam fuisse, ac diu placuisse. Plurima vero hujus notae redolent elegantiam florentis Imperii, cum superstitio liberius grassaretur, alia vero produnt artem jam declinantem, cum superstitio, undequaque vexata ab Ecclesiae Patribus, remissius procedebat, non obstante factione Symmachorum, & Nicomachorum. Quapropter detestanda ille cultus, veritus multitudinem Christianorum, magis caute, & remissius processit in operibus, quae publice venalia exponebantur, ut proinde impia haec mysteria inter arcani tenebras sese reciperint, nec amplius Bacchum libere ostentaverint, sed illum per aenigmata subindicare coacti sunt Gentiles, qui adhuc mordicus Deorum cultui adhaeserunt.

VI.

His igitur praemissis, inquirendum superest, qua ratione tota hujus marmoris historia, & parerga ad Bacchum pertineant. Dixi in praecedenti Dissertatione, Etruscos vix Bacchum aliquando excepisse, cum nil nisi vitem esse putarent, vitam vero nisi donum providentiae totius Orbis moderatricis. Haec apud sapientes, qui Deum unicum agnoverunt, opinio fuit. Ast Mythologi, ac Philosophi omnium potentissimi, qui ad caussas naturales omnia referebant sub specie majoris doctrinae, a quorum speculationibus Poetarum fabulae natae sunt, omnia perverterunt. Hinc Orpheus multo Baccho inspiratus illum supra sidera, & supra Deos omnes evexit, adpellavitque [illegible] *primogenitum*, [illegible] *omnispicientem*, [illegible] *circa omnia*, [illegible] *figuris simulantem*, [illegible] *triplicem*, qua epithetorum adparatu illum nobis objecit sub specie animae universalis mundum, & res humanas temperantis, ut multum Baccho detraxisse videantur, qui moderationem Bacchum ad Solem retulerunt, quos inter ingeniosissimus scriptor Macrobius. Eamdem sen-

sententiam sequutus est Virgilius Georgic. I. in princ. his verbis:

. . . . *vos o clarissima mundi*
Lumina, labentem Caelo quae ducitis annum,
Liber, & alma Ceres . . . . . -

Hanc vero sententiam ab Orpheo deductam, nempe *circumvolvens mirum rotatum circa omnia*, clarius explicat Gyraldius *Syntag. Deor. VIII.*, *quod circa annum volvatur*; toti enim anno dominatur, ac propterea quatuor illis spatiis, in quae annus dividitur. Id in caussa fuit, cur imagines quatuor anni tempestatum attribuantur Baccho, sub magnifica illa specie rectoris Orbis terrarum contemplato.

Accedit testimonium Gemmae antiquae apud Montfauconium praeclaro Tomo I. Tab. CXLIII., in qua idem Bacchus inter Maenades tripudiantes cernitur insidens globo caelesti stellis referto, clavum navis gubernans, veluti rector Orbis, & anni. Hanc vero analogiam inter quatuor anni tempora, & Bacchum aenigmatice explicaturi veteres per totidem aetates, sub quarum adspectu illum repraesentabant. Audiamus laudati Macrobii testimonium loc. cit. cap. 18: *Item Liberi Patris simulacra partim puerili aetate, partim juvenili fingunt, praeterea barbata specie, senili quoque . . . . . Hae autem aetatum diversitates ad Solem referuntur, ut parvulus videatur hiemali solstitio.... Exinde autem procedenti augmento, aequinoctio vernali similiter, atque adolescentis adipiscitur vires, figuraque juvenis ornatur. Postea eius aetas statuitur plenissima effigie barbae solstitio aestivo, quo tempore summum sui consequitur augmentum. Exinde per diminutiones veluti senescenti quarta forma Deus figuratur.* Quatuor vero anni tempora a Latinis sub specie adolescentum expressa, veluti portiones, ut ita dicam, magnae hujus Divinitatis, culturam aliquem sigillatim obtinuerunt; nam apud Virgilium Aeneid. III. 120. sacrificium Hiemi exhibitum legimus:

Sic fatus meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,
Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Nec minimum dubito, pari honore decorata fuisse cetera hominibus feliciora anni tempora, quo hibernum teterrimum. Graeci vero magis communiter ea sub specie puellarum descripserant, Horas vocantes, & caeli custodes, & janitrices, ut apud Homerum Iliad. E., a qua tamen sententia non abhorruerunt La-

Latini. Macrobius loc. cit. cap. 21: *Et quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horae vocantur*. Nec longe aberant Tusci, qui easdem Horas introducere consueverant in nuptiis, veluti pedissequas Bacchi Dei conjugalis, ut exposuimus in notis Volum. primi pag. 145., & alibi. Hinc agnoscimus, totam hanc doctrinam ab Etruscis profectam fuisse ad Romanos, ut ceteras fere omnes, quae arcanae, & meliores notae, quae populares, & vanae, quae pro humana conditione semper latius patuerunt.

V.

EXpendi primarium hujus marmoris argumentum, tempe, quatuor anni partes Baccho adscribentes, veluti totius anni arbitro, ac dominatori. Superfunt nunc parerga, quorum praecipuum, & difficilius constituunt duo illi medii adolescentes, qui discum sustinent eodem vultu, & ornatu expressi, quo ceteri quatuor in angulis figurati; nam & ipsi caluchum sustinent, unus cum floribus, alter cum herbis. Ambiguum appellavi, nam symbola, quibus geminae imagines celaetae sunt, nil certi suggerunt, nec in ceteris marmoribus, quod viderim, recurrunt. Ad Bacchum certe pertinent, qui duplicis portae Orientalis, & Occidentalis arbiter, & dominus putabatur. Macrobius loc. cit. cap. 18: *In sacris enim haec religiosi arcani observatio tenetur, ut cum Sol in supero, hoc est in diurno hemisphaerio est, Apollo vocitetur, cum in infero, idest nocturno, Dionysus, qui est Liber Pater*. Et re vera etiam in hoc disciplinam Etruscorum adsequimur, nam in tota hac Picturarum serie illum modo juvenem, quandoque & senem invenimus. Hanc quoque differentiam notavit Fornutus de Nat. Deorum: *Ad haec fingitur* (Bacchus) *& juvenis, & senex esse, ideo quod omni aetati quadret*. Mythicorum vero ratio sublimiora inquirens ea habet, quod duae illae aetates principium, & finem denotent non solum anni, sed etiam Caeli, hoc est Orientem, & Occidentem, ad quae duo hae imagines referri possint. Nec ambigo, quin proprio nomine nuncupari possint, hoc est Hesperi, & Luciferi, qui veluti Bacchi symbola illum commode repraesentant, qui hinc inde communi studio clypeum cum imagine defuncti in caelum attollant, comitibus infra ad hanc finem Satyriscis, qui symbolam orgiorum exhibent, significantes ope Bacchi felicitatem hanc defuncto contigisse.

Hic

Hic iterum nobis occurrit disciplina Etruscorum, qui crediderunt, geminas hasce potestates Luciferi, & Hesperi, quae principium, & finem Caeli, nempe universum jure suo repraesentabant, animas Heroum ad superos elevare. Hanc illorum doctrinam latius expediimus infra in notis ad Tab. CCLXVI. CCLXXIII. CCLXXIV. CCLXXXVIII., & rursus alibi.

Usus vero effingendi in clypeo imagines Heroum frequentissimus fuit apud antiquos. Capitolinus in Antonino Pio cap. 5: *Clypeum Hadriano magnificentissimum posuit*; & Svetonius in Caligula cap. 16: *Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clypeus aureus*; & Trebellius Pollio in Claudio cap. 3: *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius judicio in Romana Curia collocatum est, ut etiam nunc videtur ejus expressa thorace vultus*. Quod vero honoris ergo publica auctoritate viris illustribus concedi solebat, id quisque privatus potestate propria sibi praestituebat in sepulcro. Vidi Romae arcas sepulcrales non uno in loco equis adaquandis addictas, in quarum frontibus clypei excisi conspicui erant, extante in illis marmore rudi adhuc, & infecto, ad insculpendam, quam quisque in eo voluisset, imaginem, ad defuncti similitudinem, sed heredum negligentia praetermissam, haud ambiguo testimonio. Urnas illas marmoreas ceteris ornamentis absolutas, hoc uno suspenso, venales prostasse in tabernis Sculptorum, ut quisque sibi, aut suis, quam magis probasset, seligeret.

VI.

INter parerga, quae id marmor nobilitant, computantur duo Satyrisci saepe memorati, qui subjectis humeris discum in altum attollunt e terra, ut defunctus ex communi hominum conditione elevatus virtute egregium ab Hespero, & Lucifero sustollatur in caelum. Hos Bacchi fuisse comites individuos, nemo ignorat, qui Bacchica marmora perlustraverit. Hos Deus ille in expeditione adversus Indos milites adhibuit, ingente ex illis acie comparata, ut scribit Nonnus in Dionysiacis. Inventum fabulosi hujus militis semicaprei prodiit ex mente illorum, qui universum humanum genus omnino brutale, ac ferinum judicabant, nisi ad Bacchi disciplinam accessisset; tunc enim ubi prima initia degustasset, ex aliqua parte humanitatem participabat, donec in hac schola verae humanitatis longo usu profecisset

sce, & ad gradum Faunorum evectus, quidquid in eos brutale superarat, excideret, auribus tantum caprinis, & cauda superstite, reliqua vero parte speciem humanam praeseferens. Haec fama virtutis plurimos aucupabatur, licentia retinebat, & secretum vitia occultabat. Non omnes, ut aliter innuimus, altiora secreta participabant, sed per multas probationes intima sequebantur, ut e Satyris ad Faunos adscenderant, ab his vero ad Silenos; tunc enim cum intima mysteria adepti essent, beatitudinem sibi aeternam promittebant.

Inter crura Hesperi, & Luciferi lepores observantur, qui pomorum florem depascunt. Id symbolum protuli ex geminis Lucernis Musei mei Tom. II. Tab. XVIII., & XIX., ibique in notis ostendi, id animal sacrum esse Cupidini ex Eustathio in primum Iliadis Librum, unde eruitur analogia nominis illius cum altero Amoris secundum Graecos. Addo nunc Amorum picturam apud Philostratum, in qua studiosissime ipsi insidiantur leporibus, ut vivos capiant, Veneri genitrici gratissimam hanc victimam oblaturi. Veneri quidem cum Baccho multa intererat affinitas ad genus humanum subvertendum; unde Orpheus in Hymno Licniti vocat eum

. . . . εὔφρονα Βάκχον,
Νυμφῶν ἔρνος ἐρατὸν, ἐϋστεφάνου τ' Ἀφροδίτης.

. . . . *laetum Bacchum,*
Nympharum ramum amabilem,
& flos coronatae Veneris.

Hinnuli cervorum, qui famelici cibum adpetunt, Bacchica protectione fruuntur; nam maculosis suis pellibus caeli stellas adsimilare videbantur; ideoque ex illis parabantur nebrides, sacratissimum gestamen Bacchi, & comitum ejus. Orpheus in Hymno Trieterici vocat eum νεβριδόπεπλον, *e pellibus cervinis stolam habentem*; & Euripides apud Aristophanem in Ranis vers. 1242. sic ait:

Διόνυσος, ὃς θύρσοισι, καὶ νεβρῶν δοραῖς
Καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασσὸν κάτα
Πηδᾷ χορεύων·

Dionysius, qui thyrsis, & hinnuleorum pellibus
Indutus in pinis Parnassi in
Saltat tripudians;

& idem Euripides in Bacchis vers. 834. Indutum mandat, jubente Pentheo, adcipere

Θύρσον δὲ χειρὶ, καὶ νεβροῦ στικτὸν δέρας.

Thyrsum manibus, & maculosam hinnuli pellem;

quia, ut ex Euripide ipso, & Aeschy-

stylo contendit Macrobius Saturnal. Lib. I. cap. 18., Apollo, sive Sol, & Bacchus unus, idemque censebatur Deus, licet tamen hoc oppugnet Cl. Maffeius in Dissert. de vocibus NAMA SEBESIO, quae habentur in Anaglypho Mythriaco, ad To. III. Actor. Academ. Etruscae Cortonensis tom. V. pag. 152., peculiarem Macrobii sententiam toti antiquitati adversantem refellens, quod etiam ipse superius innui.

Potissimum denique parergon est imago Oceani humi jacentis, & aquas ex urna effundentis, qui etiam cornu divitiae sustinet; Quemadmodum ex alia parte Dea Tellus. Utrique peculiaris Genius adsistit, & quodammodo famulatur. Utrumque Numen cum Baccho convenit; nam sine illorum interventu sterilis omnino torpesceret, & sine nomine apud Proserpinam non triennia obdormiret, sed perpetuo somno obrueretur. Auxilio igitur Oceani, & Telluris ea protulit beneficia, per quae sibi grande nomen, & cultum comparavit. Oceanus enim & Deorum, & rerum omnium pater habitus est, Orpheus in ejus Hymno:

> Ὠκεανὸν καλέω, πατέρ' ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα,
> Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν θνητῶν τ' ἀνθρώπων.
>
> *Voco Oceanum patrem incorruptum semper existentem,*
> *Immortaliumque Deorum originem, & mortalium hominum;*

& Homerus Iliad. XIV, v. 302:

> Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν . . . .
>
> *Oceanum Deorum parentem . . . .,*

quem imitatus est noster Maro Georg. IV. 382:

> *Oceanumque patrem rerum . . . . . .*

Nec minor dignitas Telluris, quae juxta Hesiodum Theogon. v. 116. prima ex Chao emersit:

> Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
> Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
> Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου.
>
> *Primo quidem omnium Chaos fuit, at deinde*
> *Tellus lato pectore praedita, omnium sedes tuta semper*
> *Immortalium, qui tenent juga nivosi Olympi;*

& Virgilius modo citatus Aeneid. VII. 148:

> . . . . *primamque Deorum*
> *Tellurem* . . . .

Hinc videas quantae dignitatis habitus fuerit Bacchus, in cujus monumentis duo potissima Numina veluti scabellum subjiciuntur.

In Urnae lateribus gemini gryphi aream occupant nec inani,

inter

aut arbitrario additamento. Ratio hujus parergi reddenda est. Gryphus Soli sacer erat, ejusque notissimum symbolum frequentissimum in sepulcris. Sol enim, uti rebus ceelatam virtutem defuncti, ejus animam in caelum efferre putabatur; itaque in ipsa basi Columnae Antonini Sol, & Luna animam ejus Principis in caelum mutuum consultantur. Videas infra in Tab. CCLXXIII., in qua exponitur pars Apotheosis Achillis, comitantibus Bacchis, animae in caelum iturae currum a duobus gryphis per aera vectam. Praeterea veluti sepulcrorum custodes habebantur, ne quisquam ea laederet, aut quoquo modo violaret, ideoque in lateribus sarcophagorum insculpti observantur.

VII.

Ultimum superest, ut fata hujus Sarcophagi referamus. Hunc ex aliquo antiquo sepulcro in Agro Eugubino detectum erutum fuisse non dubito ea aetate, qua praesertim a Monachis diligentissime omnia vetera monumenta perquirebantur in usum Ecclesiasticum convertenda; arae etenim Deorum, & mortuorum ritu Christiano expiatae in altaria Deo vero consecrabantur, urnae vero ad fores Ecclesiarum statuebantur ad usum aquae lustralis, qua fideles ex veteri Christianorum usu ante ingressum in Ecclesiam manus lavabant. Huc ego refero quaedam licet levia hujus marmoris detrimenta, quae aliter evenire non poterant, quam ex diuturna marmoris expositione in aperto, ubi temporum, caeli, & aetatis injuriis pateret. Desuevit tandem usus iste ablutionis manuum, & tunc Urnae, quae huic ritui inservierant, intra Ecclesiam introductae sunt ad Sanctorum Martyrum, & Confessorum corpora custodienda, quae jam ex abditis penetralibus publico cultui exponere fuerat introductum.

Symbola vero gentilitatem referentia, immo & manifestissimae inscriptiones superstitionem redolentes minime obstare visae sunt, quin haec marmora illaesa cultui divino dedicarentur, praeviis quibusdam precibus, quo ab omni labe expurgarentur. Formulam, qua tunc Episcopi, & Sacerdotes utebantur, excepit ex veteri Euchologio Ecclesiae Veronensis Vir doctissimus, & mihi, quoad vixit, carissimus Scipio Maffejus Marchio, ac publicavit Observat. Litter. Tom. I. artic. 2., quaeque tamen cohaeret illi, quae antea innotuerat ex Libro Sacramentorum Grimoldi. Hujusmodi est haec Oratio:

Super Vasa reperta in loco antiquo.

Omnipotens aeterne Deus, insere te officiis nostris, & haec Vascula arte fabricata gentilium sublimitatis tuae potentia ita emundare digneris, ut, omni immunditia depulsa, sint tuis fidelibus tempore pacis, & tranquillitatis utenda.

Et alia:

Omnipotens aeterne Deus, qui Vascula post spatia temporum a voragine terrae abstracta humanis usibus reddidisti &c.

Et rursum in Euchologio Graeco apud Jacobum Goarium pag. 682. editionis secundae:

Εὐχὴ ἐπὶ σκεύους μιανθέντος.

Χρὴ αὐτὸ πλύνεσθαι· καὶ σταυροειδῶς ἁγιάσματος ἐπιρραντισθέντος λέγειν καὶ τὴν εὐχὴν ταύτην.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ μόνος ἅγιος, ἁγίασον τὸ σκεῦος τοῦτο τῇ ἐπιφοιτήσει σου, καὶ καθάρισον αὐτό, τοῦ εἶναι εἰς ὑπηρεσίαν τῶν δούλων σου ἀξίωσον, καὶ δὸς ἡμῖν πάντοτε ἐν ἁγιασμῷ προσφέρειν τὰς ἁγίας σου ἱκεσίας. Ὅτι σὺ εἶ ὁ πάντοτε δοξαζόμενος, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Oratio super Vase coinquinato.

Illud lavare necesse est, & in modum Crucis aqua sancta in illud idem immissa hanc orationem recitari.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui solus sanctus es, Vas hoc, sanctificatione tuo adventu, sanctum redde, & ut inquinatum sit in servorum tuorum ministerio, illud expurga; & ut in Ecclesia tua sanctis in sanctitate preces jugiter offeramus, largire, ut a te ... custodiri gloriam, & tibi referamus Patri, & Filio, & Sancto Spiritui, nunc, & semper, & in saecula saeculorum.

Sub nomine vero Vasorum intelligebant utensilia universa, quae ex antiquitatis vestigiis defossa in Ecclesiasticum usum converti poterant; nam, ut ait Ulpianus, *vasorum appellatio generalis est*; notaque nimis est vetus formula *colligere vasa*, & *conclamare vasa* pro tota supellectile. Et re vera in praecipuarum Ecclesiarum thesauris adservantur Vascula, & Calices ethnici operis, in usum ineffabilis Sacramenti ritu praeclaro haud dubie consecrata.

Igitur ubi exoleverit apud Christianos usus Nymphaei, quo nomine vocabantur Urnae illae ante fores Ecclesiae ad lotionem manuum praeparatae, Urna haec nostra in Basilicam Sancti Petri apud Eugubinos antiquissimam, & splendidissimam introducta fuit ad Corpus Beati Sperandeii, quod in ea vene-

ratur, custodiendum, donec die septima Junii MDCCLXXIII., eductis ex ea Servi Dei sacris exuviis, & in alteram decentissimam arcam collocatis, Urna haec gentilitatem spirans honesta missione ex Altari seposita in vestibulum Monasterii translata fuit, de quo extant publicae tabulae ex actis Sanctis de Angelis Cancellarii Episcopalis. Tuum nunc, ABBAS SPECTATISSIME, monumentum id patrocinium implorat, ut elatus e terra, ubi jacet, elevatum ab omni iniuria protegatur illaesum, & ad insignem patriae antiquitatis, & tuae sollicitudinis memoriam nullo unquam tempore interiturum muniatur. Adde, si placet, memorem rei hanc inscriptiunculam:

VETVS . MARMOREVM . SEPVLCRVM
BACCHICIS . ETHNICORVM . MYSTERIIS . REFERTVM
QVOD . OMNI . LABE . SVPERSTITIONVM . EXPVRGATVM
DIV . B. SPERANDEII . CORPVS
IN . HAC . BASILICA . FIDELITER . CVSTODIERIT
M. ANTONIVS . CIBOCCIVS . EVGVBINVS . ABBAS
MONACHIS . ANNVENTIBVS
SPLENDIDIORE . ET . TVTIORE . IN . LOCO
OPTIME . MERITVM . COLLOCARI . MANDAVIT
ANNO . CIƆIƆCCLXXIII

Testimonia de hoc Monumento.

P. Domn. Maurus Sartius de Episcopis Eugubinis, in Dissertatione praeliminari de Clerico, & Ecclesia Eugubina Cap. VII. Viri Sanctitate Illustres, qui in Ecclesia Eugubina floruerunt, pag. CXXI. §. V: „ Jacet nunc B. Sperandei Corpus in Templo D. Petri, „ Sublacensi Eugubini Monasterii ad Aram ex Crucifixi nomine dictam, palam venerationi fidelium propositum die tertia Maii. Olim in antiquiore sacello ejus Templi, „ Lancellotto (1) auctore, servabatur in elegantissimo Sarcophago marmoreo antiqui operis, in quo, ethnica superstitione Eugubii vigente, virum aliquem primarium, cujus „ effigies in Sarcophagi fronte insculpta cernitur, sepultum fuisse non dubito. Visitur „ nunc praeclarum hoc monumentum inane, & vacuum in Monasterio D. Petri, ubi etiam a Cl. Maffeio (2) observatum est. Cum in eo conditum esset Beati Sperandei Corpus, id evenit, quod Sperandeum ipsum etiam spectandum sepulcro indigitet Auctor „ Italici carminis, quem non semel jam nominavimus, eo versu

Qual del sepolcro Sperandio Beato.

(1) Lancellott. Histor. Olivet. & Monach. Eugub. pag. [illegible] Beatus Sperandeus Monachus Monasterii Sancti Petri, ubi hac etiam tempestate quiescit in marmoreo monumento, quod pulchre sculptis insculptum est.

(2) Maffei Istor. Letter. Tom. V. pag. [illegible]

LIN-

LINGUAE OSCAE
SPECIMEN SINGULARE
QUOD SUPEREST
NOLAE
IN MARMORE MUSEI SEMINARII
CUM ADNOTATIONIBUS
JOH. BAPTISTAE PASSERII
PISAURENSIS.

STEPHANO BORGIAE

UTRIUSQUE SIGNATURAE REFERENDARIO
ET S. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE A SECRETIS

Miratus sum semper ingenii, & indolis tuae excellentiam, ac dignitatem, BORGIA PRAESUL AMPLISSIME, qui mihi ab adolescentia perspectissimus grande aliquid semper visus es praenuntiare. Teruntur enim adhuc eruditorum manibus specimina plura eruditionis tuae selectissima typis vulgata, veluti tirocinia altioris litteraturae, quae imminentes progressus, eosque sane amplissimos pollicebantur. Nec minus exspectandum erat a domestica tua disciplina, in qua pietas, & doctrina universalis ad veram sapientiam adcumulandam conspirabant, potissime sub admirando Patruo tuo Alexandro Borgia Archiepiscopo, & Principe Firmano, quem veluti exemplar virtutum omnium tibi constitueras; erat enim. Ex singulari hac palaestra altissimo Summi Pontificis Clementis XIII. consilio non alia tibi exercitationis praeludia decreta sunt, quam totius Beneventani Ducatus administratio; mirantibus cunctis experimentum juvenis incepisse a Provincia, & tam feliciter successisse. Communibus, & vulgaribus curis fere imposito, ad secretiora Tabularia examinanda animum admovisti, quae hominum negligentia arcano quodam silentio dudum consecraverat; eo tibi consilio, ut multorum saeculorum historia regimen illud tuum manu duceret fidelius, atque

atque securitati, salutemque, & securitatem Supremo Principi, si daretur occasio, confirmaret. Ah mi Borgia, ea tunc non fuere studia, sed vaticinia. Puto vero, te aliquando felices illas regiones contemplantem fortissimas gentes, quae ea loca tenuere, occurrisse Samnites, Campanos, Volscos, aliosque, qui bella cum Romanis infeliciter gessere, clarosque reddidit veterum amor libertatis, atque constantia. Istos Osca lingua pauca loquentes audieras jam ex communi sodali nostro Hannibale de Abbatibus Oliverio Jordanio, quem ad perennitatem nominis Pisaurensis natum fuisse fatentur omnes, qui Musas colunt. Nunc vero unicum hujus linguae vestigium ceteris loquacius, atque diffusius tibi offero Osce scriptum, & Latinis notis expositum, & aliqua ex parte illustratum, ut memoriae Nationis illius, in quam tam bene facta contulisti, maximum praemiorum accedat benemeritorum recordatio. Veruntamen id decus numquam intra privatae conscientiae fines statis torpescit; fuit enim continuo judicium sapientissimi, & optimi Principis Clementis XIV., qui te jam ornatum sacrarum Indulgentiarum, & Academiae Theologicae Secretarii munere, ad amplificandum, & ad summum tutum servandum toto Orbe terrarum Catholicae Religionis splendorem, sacrae primum Congregationis de Propaganda Fide Secretarium, dein sacrae, ac universalis Romanae Inquisitionis Consultorem laudabili providentia delegit, addito insuper postremis temporibus Examinatoris Episcoporum officio, nobisque interim suspicientibus, atque intentis, qui nimirum majora incessanter exspectamus.



LINGUAE OSCAE
SPECIMEN SINGULARE.

Quemadmodum in universa antiquitate, quam scriptam adpellamus, Tabulae Eugubinae principem locum sibi vindicant (nullum enim hactenus monumentum aut antiquius, aut uberius cognovimus) ita prorsus nihil est, quod illi prae dignitate succedat, nisi hoc unum praesens specimen Oscae Linguae, quod diu pessundatum, & magna sui ex parte corruptum aetate hac nostra Literariae Reipublicae restitutum est, Romanis non abnuentibus, qui, dudum deleta jam Oscorum Natione, Linguae tamen illorum indulsisse visi sunt. Strabo Lib. V. *Ἴδιον δέ τι τοῖς Ὄσκοις, καὶ τῷ τῶν Αὐσόνων ἔθνει συμβέβηκε· τῶν μὲν γὰρ Ὄσκων ἐκλελοιπότων, ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατά τινα ἀγῶνα πάτριον, καὶ μιμολογεῖσθαι. Peculiare quidpiam Oscis, & Ausonibus in usu venit; nam cum Oscorum gens interierit, sermo tamen apud Romanos restat, ita ut carmina quaedam, ac mimi certo quodam certamine, quod instituto majorum celebratur, in scenam producantur.* Quae familiaritas Oscorum cum Romanis adeo processit, ut hi non modo Linguam Oscam addiscerent, veluti peregrinam, quin etiam plurima illius Gentis vocabula in Latium adoptarent, ut constat ex Festo, Nonio Marcello, aliisque, qui de Ori-

Originibus Linguae Latinae scripserunt, qui passim dictiones plurimas Oscae originis esse professi sunt. Mirum tamen est, opulentissimos, potentesque Populos, qui Osco sermone utebantur, tam parce scripsisse, ut ante hujus marmoris promulgationem, paucis exceptis nummis, & sphragidinatum crustulis inscriptis, quae omnia jam typis edita sunt, vix agnosceremus, quae forma literarum his Populis instetisset; quod ego facile adscribo tetricae eorum Gentium, quae Oscorum nomine censebantur, indoli, atque instituto, futuri nominis negligenti, quibus unica libertas sacra fuerat, & quamvis diu dubitante victoria decertaverint, satis obtinuisse reputarent, si inexhaustum in Romanos illorum odium in aliena historia aliquando claresceret.

Jacuit hic lapis diu inter rudera veteris Civitatis Abellae in Campania haud longe ab urbe Nola, indeque detractus circa initium currentis saeculi, misere deputatus est in usum liminaris privatae domus, donec adtritus pedibus, & vehiculis male mulctatus ab egregio, ac religioso Viro Joh. Stephano Remondinio Januensi Somaschae Familiae alumno, & Nolae apud illius urbis Episcopum Theologo detectus, eoque curante, Nolam in Museum Seminarii collocatus est servandus, & conspiciendus. Nec mora laudatissimus reperitur, excepto ejusdem marmoris exemplari, illud cum Cl. Antonio Francisco Gorio Florentino communicavit, qui cum mihi longo jam usu familiarissimus esset, schedam ad me transmisit, ut si qua ratione possem, explicarem. Ast ego conspicatus formam ingentis cippi antrorsum, ac retrorsum inscripti, nec alibi, nisi in aperto campo collocandi, subiit confestim suspicio de lapide terminali inter vicinos populos ad agrum dividendum apposito, quo tramite mihi procedendum fore duxi ad hujus Inscriptionis intelligentiam. Nec me fefellit opinio; nam in principio tertiae lineae statim objecta est mihi mentio de limitibus saepe fode erepta, & de discordia inter Abellanos, & Nolanos. Quapropter sedulo contextu universo examinato, licet lapide magna ex parte detrito, & lacunis undique scatente, agnovi negotium agi de *finibus regundis* inter eosdem Abellanos, & Nolanos, praeside quodam Tancino pro parte Abellanorum, qui dicta certa linea a sacello Herculis, adsignataque utrique parti quadam territorii portione, tandem hunc in ipsa linea divisoria collocavit. Quo circa argumentum hoc brevi opu-

opusculo inlustrarunt Etho, ac Sapientissimo Cardinali Spinellio tunc Ecclesiae Neapolitanae Pontifici nuncupavi, in quo tractus plurimos obsoletae illius Linguae, & hactenus desperatae exponere datum est, quod deinde prodiit in lucem opera ejusdem Gorii inter ejus Symbolas Tomo I. Liburni ex Typographio Fantechiano anno [illegible].

Meum id tentamen circa argumentum non modo obscurissimum, verum etiam conclamatum tardius, quam oportebat, ad Cl. Remondinium pervenit, dum interim Venetiis Auctor quidam ignotus, qui ad Historiam literariam consarcinandam, quemadmodum jactabatur, monumenta praeparabat, audaciam meam in exponendo tam arduo monumento, nullisque auxiliis opitulantibus, condemnaverat, atque acriter traduxerat: cui tamen urbanius, quam par erat, respondi, ne deinceps ea, quae ipse non intelligeret, ceteros tentare prohiberet, quae contra multa in hoc saeculo frustra diu expetita felici progressu revelata sunt. Quapropter eximius Remondinius non modo opusculum meum, sed & Venetas animadversiones, & in illas apologeticon meum publicae lucis fieri curavit Januae anno [illegible]. typis Pauli Scionici, adiectis ejusdem Remondinii quibusdam notis eruditis quidem, & elegantibus, in quibus tamen dictionem nullam ex ea Lingua, quam ego verecundius praetermiseram, explicare ausus est. Cum vero interim novo conatu plura alia ejusdem idiomatis vocabula explorare datum sit, festinante jam Tomo III. Picturarum Etruscarum in lucem prodire, non alienum abs re esse duxi, si opellam illam magna ex parte auctam, quam in superiori Tomo earundem Picturarum pag. LXX. Etrusci Goriani Musei supplemento reservasse tunc professus sum, iterum eruditis hoc loco exponerem, ut facili quodam progressu ab Etrusca eruditione ad Oscam diverterent, ad animos eorum excitandos, ut hanc partem eruditionis ipsis reservatam meliore successu, quam mihi sperandum foret, amplificent. In his vero secundis curis id maxime observavi, ut exemplar lapidis, quod in prima editione mendosum prodierat, maxime emendatum ad fidem prototypi exponeretur.

Adsignatas itaque lapidis hujus argumentum versari circa quaestionem *finium regundorum*, excitatam inter Nolanos, & Abellanos; cum forte, dimissa, & jam typis edita Dissertatiuncula memorata, occurrit mihi locus Ciceronis in Lib. I. de

de Officiis cap. XII., ubi maximus ille Romanorum Philosophorum, damnatis fraudibus, & cavillis, quae ab Arbitris in foederibus sanciendis aliquando interferuntur, haec subdit: *Nec noster quidem probanda, si verum est, Q. Fabium Labeonem, seu quem alium (nihil enim praeter auditum habeo) Arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finibus a Senatu datum, cum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutum, ne cupide quid agerent, ne appetenter, atque ut regredi, quam progredi mallent. Id cum utrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit. In medio relictum, quod erat, Populo Romano adjudicavit. Decipere hoc quidem est, non judicare.* Et iterum Nolani cum Abellanis contentiosis de finibus disceptantes, & hujus lapidis testimonio litis finem intueantur, sed abstineamus, obsecro, a comparatione utriusque judicii, utrum illorum aequius fuerit, Romanum ne, an Abellanum.

Notae in Inscriptionem Latinis characteribus expressam.

Linea I. II., & III. Vitio marmoris in principio detriti ex tribus prioribus lineis voces tantum primitivae supersunt EKKVMA initium convenientissimum in contractu foederis, sive divisionis territorii, nempe *Ecce*, *hoc est*, ut praecedat narrativa status caussae, deinde subsequatur *dispositiva*, & demum *executiva*. Latinorum antiquiores *ecum*, & *eccam* dixere pro *ecce ille*, *ecce illa*, ut demonstrat Vossius Etymol. in voce *Eo*; ac fortasse etiam aequipollet particulae *Cum*, quae in Tabulis Eugubinis profertur per *Com*, ut in Tab. II. lin. 52., 55., & 57., cujus particulae frequens est usus in principio narrativae, quemadmodum legimus in formula induciarum, quas Hannibal militibus suis concessit apud Livium Lib. XXI., & Brissonium *de formulis* in fine lib. IV: *Cum longe ab domo issetis militatum..... si quis vestrum sum intrasse velit, commeatum do. Primo vere edite adsitis.* Cum vero ego ipse de formula *foedum regendorum* diligenter inquirerem apud eundem Brissonium lib. II., occurrit mentio foederum, quae Judaei cum Romanis, & Spartiatibus fecerunt, in quibus praecedit semper haec eadem particula, ut Machabaeorum Lib. I. 8., & 12. *Hoc rescriptum est, quod rescripserunt Romani*; rursus vero ibidem Cap. 12. de Spartiatibus, *hoc rescriptum est*.

Lin. II. TRIBALAK fortasse ut in-

infra lin. XIII. TRIBALAKAE derivativum est a voce *Tribus* quidem antiquissima apud Etruscos; nam in Tabulis Eugubinis, & signanter Tab. IX. lin. 8. TRIBRIBV, & saepe TREBVF, & TREBO epitheton *Jovis Tribalis*, sive *Custodis singulorum tribuum* cujuscumque populi. De origine hujus vocis nihil est apud veteres Grammaticos, nisi quod derivet a *tribuendo*, & *tributo*; quibus non assentior; nam vocabulum *Tribus* primum audivit in Latio tempore Romuli, qui populum secrevit in ternas *Tribus Titiensium* a T. Tatio, *Ramnensium* a Romulo, *Lucerum* a Lucumone, dum nulla erant tributa; inducta primum post Gallos ab Urbe pulsos. Festus in *Tributum*: *Post Urbem a Gallis captam collatum est, quia proximis quindecim annis census alius non erat*. Puto Tribuum nomen a ternario numero coaluisse, & ab officio ΒΟΥΛΗ, nempe Concilio, seu Curia, quasi Tribule, & revera vox Osca TRIBALAKAE huic origini adstipulatur. Ex hac eadem origine Urbs in Latio *Bola* nomen sortita est, de qua Virgilius in VI., ex Civium concilio, quod ibi convocabatur. Inde etiam derivata officia Tribuni, Tribuli, Tribunalis, & similia. Haec vox TRIBALAKAE vel ad personam Tribuni, vel ad Tribuniciam potestatem infra exprimendam adhibitam fuisse, libenter intelligo.

Lin. III. LIIMIT. Cum post titulum Magistratus subeat mentio de *Limitibus*, & bene respondeat forma hujus marmoris, incassum obstantibus lacunis crescit exspectatio decreti alicujus *finium regundorum* inter vicinos populos ad discordiam compescendam. *Limes* antiquum vocabulum est, & significabat *obliquare*, ut ex Aggeno Urbico declarat Vossius, fortasse quia vicini per eos flectere, & obliquare tenebantur. Vocem hanc antiquam esse, & communem fuisse oportet; nam nil frequentius hisce discordiis, ubi primum terrae divisae sunt non in *fundos divisos*, uti terra Chananaeorum.

Lin. IV. HERECLUIS. FIISNV. MEFA. IST. Ecce punctus cardinalis, unde divisoria ducenda est a *Sacello Herculis*, qui cum magnam illius regionis partem sibi vindicasset non modo praeclare gestis, sed etiam jure fundationis urbium, illic maxime cultum fuisse opinor. Heracles per syncopen ΗΡΚΛΗΣ HERCLE scribitur in Etruscorum Pateris, & inter Deos Viales, & foederum custodes censebatur. *Fisovie* vero, quod Osci FIISNV proferebant, & Eugubini in Tab. VIII. lin. 11.,

& 15. FESNAVE, & FESNERE, quae ibi saepe occurrunt in lustratione agrorum, & pecorum, atque erant depulsores fascini juxta Festum: *Fascinae vocabantur, qui depellere Fascinum credebantur*. In hoc vero loco indicant Sacellum, ubi fortasse haec caeremonia, seu potius superstitio frequentari solebat, electusque est hic locus, veluti constans, & reverendus populis discepantibus. Sunt, qui ex hac voce *Fesna* originem *Fani* derivasse credunt, quam ego puto descendisse potius a loco φῶ, quia luminaria ibi frequentiora adcenderentur. Mirum vero a Fanis, nec ab effando. MEFA IST, dimensa est, nam in compositione apud Festum habemus Mephancilium, Mefancilium, quod est teli genus ex utraque parte dentatum. Hinc infra in linea XXXI. habemus MEFIAI, hoc est *Mediae*, substituta littera F loco litterae D, qua Osci carebant.

Lin. V. ENTRAR. FEINVSS. PV .... Facile resolvitur lectio *Intra Fines Pu*, hoc est *Pone*, *post*.

Lin. VI. HEREGLEIS FIISNAM AMF. Herculis Sacellum AMF, sive circum ex Graeco ἀμφὶ, quod idem sonat.

Lin. VII. ET PERT. VIAM. PVSSTIS. *Et per lineam posticam*. Linea postica in re agraria significat lineam quandam rationalem, quae ab oriente in occasum traducebatur, ut ait Paullus Festi Abbreviator. Eadem vox *Postea*, *Pestua*, *Postin*, *Postra* saepe occurrunt in Tabulis Eugubinis in sensu ejusdem lineae posticae.

Lin. VIII. PAI. IPISI. PVSTIN. SLAGI. *Per ejusdem posticae loci*. PAI idem est, ac παρὰ, hoc est *per* idem loci, ac posticam. Dictio vero SLAGI pro *loci* dictum est, exuberante litera S, ut in voce *Stlo-ci*, *Sloci*, *Stlocim*, sicut proferebant antiquiores. Nec omitto conjecturam, vocem SLAGI esse conjunctionem particulae *ac* pro *et*, sive animum, nam subsequitur persona principalis Agentis. *Pai* idem est, ac *pro parte*. Festus: *Pa pro parte, & Po potissimum est in Carmine Saliari*.

Lin. IX., & X. SENATEIS. SVVEIS. TANGINVR. TRIBARAKAVV. L.M. L.I. Ecce choriphaeus Abellanorum Tancinus, qui una cum suis Senatoribus Tribarum, aut primarius ex Magistratu lineam hanc ducendam suscepit. Ex Siglis singularibus L.M.L.I. multi desiderarent in hoc marmore annalem epocam, qua haec omnia gesta sunt, ut prima nota L. dixerint *Lucem* pro *Enno*, hoc est annus, reliquas vero notas indicare *millesimum quinque-*

quadragesimum primum, nam singulae quaeque civitates annos a fundatione numerabant. Sed hae nugae sunt; nam, ut monet Vossius, Osci pro anno dixere *sollum*, Latini vero antiqui annum. Potius dubito, siglas hasce, titulos hujus Magistratus tacite designare, quos populus illius temporis indigitare consuevisset per siglas.

Lin. XI., & XII. KITVB.... INIM. IVK. TRIBA. Usque adhuc vidimus personam agentem, & infra observabimus actionem, nempe numerum, & mensuram terrarum, quae hinc inde adsignandae sunt; sed adhuc deficit verbum adsignationis. Nihil superest, nisi KITVB interposita lacuna, quam eruditi judaizantes libenter deducerent ab Hebraico כתב catab, *scribere, assignare*, sed libentius hanc vocem deducerem a Latino *Cedo*, de quo Nonius in *Cette*: *Cette significat Dicite, vel Date ab eo, quod Cedo*: sed saepe monui, Oscos, & antiquiores litera D caruisse, substituta litera T. Cetera, quae supersunt, nitida sunt. INIM. IVK. TRIBARAKIVF. PAM. NVVLANVS, nempe unum jugum terrae, & insuper tria brachia Magistratui Nolano, cujus nomen, seu praenomen concisum est PAM.

Lin. XIII. TRIBARAKAE. TVSET. NAM. Erat fortasse Namus iste Nolanorum Tribunus, qui spatium hoc TVSET notatum est; nam ex veteri Grammatico *tute* dicebant pro *tu ipse*, vel *tibi ipse*. Jugum vero, seu jugeris spatium praeter antiquiores explicat D. Isidorus Lib. XV. Cappariter 15. Etymolog: *Jugum terrae, sive jugeri mensuram ita accipimus. Actus duplicatus jugerum facit. Jugerum autem constat longitudine pedum CCXL., latitudine CXX.*, & Columella lib. V. cap. 1: *Clima quoque versus est pedum LX.* Actus quadratus undique finitur pedibus CXX. Hoc duplicatum facit jugerum. Hujusmodi spatio Nolanis adsignato ultra lineam divisoriam, quaeri potest, quid sibi velit alterum segmentum *trium brachiorum*, quod ego in tota longitudine adsignari debere reor secus viam divisoriam. Haec nempe erat illa intercapedo, quam Nolani purum praetermittere debebant in obsequium viae publicae; nam ut infra observabimus, tantumdem ex alia parte Abellanorum praetermitti debebat, ut aequo spatio sex ulnarum via publica pateret, quam nemo occupare auderet aedificio, sepulcro, plantatione; ne sub obtutu privati dominii linea legitima turbaretur.

Lin. XIII., & XIV. NAM VITTIVF. NVELANV. MESTVE.

Ecce

Ecce consequentia reciprocae convenientiae; nam Tancinus assignato Nolanis jugero uno terrae cum additamento trium brachiorum quod usque linea controversa ducta erat, officium mensoris uni ex Nolanis adversariis demandavit, ne deinceps de justitia mensurae conqueri possent.

Lin. XV. EKKVM . SVAIRR . ABELLANVS . Una cum, & praesentibus Civibus Abellanis, qui contra non modo *aequivalentem*, sed ampliorem partem receperunt, quemadmodum in usurpatione proprii Territorii gravius laesi fuerant.

Lin. XVI., & XVII. TREBA . ARATTVSET . IVK . TRIBARAKKIVF. Abellanus etenim non unicum jugerum, sed tres actus, nempe jugerum cum dimidio sortitus est, & insuper spatium longitudinarium latitudine trium brachiorum vacantium, ut tota via intermedia ex brachiis sex constaret. Hanc autem secundam mensurationem demandatam fuisse puto Numo Vettio Abellano.

Lin. XII., & XVIII. NAM . VITTIVF.... ABELLANVM . TESAVR . AHT .... Vidimus supra Numeum Vettium Nolanum Mensorem Nolanorum. Hic vero occurrit alter Numus Vettius Abellanus Mensor Abellanorum, cui nempe ex utraque parte officium demandatum est, & nomen utriusque Civitatis occupavit non a patria, sed ab officio; certum est enim ad id munus peritiorem hominem praefigi consuevisse, quamquam non dubito lacunam interpositam aliquid detraxisse perspicuitati, ut aequivocum, & dubietatem nobis suffundat. TESAVR non officium aliquod designat, sed locum Sacelli Herculis, unde linea divisoria ducta est. De Thesauris templorum frequens est mentio apud Pausaniam.

Lin. XIX. PVST . FEINVS . PVSFIS. Nempe post fines lineae positae, adeo ut, quod extra eam spatii partem reperiebatur, Nolani non attentarent.

Lin. XIX. XX. XXI. XXII., & XXIII. NAM . ANFRET . EISEI . TEREI . NEP . ABELLANVS . NEP . NVELANVS . PRVN . TRIBARAKAT . TINS . AVT . TESAVRVM . PVR . ESEI . TEREISS. Neque enim quisquam aufert ejusdem terrae neque Abellanus, neque Nolanus aliquid plus praeter tria brachia terrae prope Thesaurum Herculis ex eisdem terris; quod quidem interstitium, ut diximus, ad commodum viae publicae reservatum est.

Lin. XXIV. XXV., & XXVI. AVN . PATENS . ASMVNAKAR . T . INVR . PATENS . ASIIM . PRI .... TE-

TESAVREI . PVKKAHF. Sensum sententiae esse puto, ne aliquis patenter, aut clam aliquid detrahat de partibus assignatis. Particulam AVN dubitativam esse puto, & idem importare, ac si diceret *aut*; nam PVKKAS sincope est, quae significat *paucas*, ita ut vetetur, ne paucas, aut magnas, seu majores partes detrahant; quae duae dictiones continentur in geminis hisce expressionibus ITTVMALT. TRAMALIT, quae compositae sunt ex voce Osca, nempe *multa*, ut Festus in *Multa*; *Multam Osce dici putant poenam quamdam &c.* Ex multa vero emergunt composita ITTVMALT, nempe *ita multa*, & TRAMALIT, hoc est *trans multa*, quae relativa sunt eidem voci *pauca*.

Lin. XXVIII., & XXIX.... ERRAS . AVT . ANTER . SLACCI . ABELLANAM . INIM . NVVLANAM . Nihil enim perturbetur de utraque terra aut Abellana, aut Nolana.

Lin. XXX. XXXI. XXXII. VLLAR. VIVVRVUV . ISMERV . ISAI. EAI. MEFIAI. TEREMEN. IVSTAIET. Neque illa linearum pariter observetur, nam ista eadem media terminalis justa est, & servanda.

Lin. XXXIII. XXXIV. XXXV. EMAPVI . VESTIRI . KIVI . MAI . S.... PRVPVKIK . SVERRVNEI . CVALV . LEI . ABELLANVI . INIM . MANV.... Tota haec columna in dextero angulo detrita est, ut in principio cujusvis lineae aliqua desint. EMAPVI relativum est vestrorum Civium, nam veteres enum dixerunt pro eumdem; quapropter *idem vestri Cives* (nam alloquitur Abellanos) caveant, ut una manu, nempe communi consensu servent praescriptos fines.

Lin. XXXVI. XXXVII., & XXXVIII. IVVCHVI . MAI . PVKALATVI . TRIKEI . KEKVTACVI . NVEL . INIM . VIFT . LIS . ABELL. Monitio hic continetur Abellanis pro exacta observatione foederis, atque eo modo, quo Nolanis injunctum est, ut ex eorum parte tria brachia vacantia terrae pro viae libertate praetermittant, idem prorsus praestent Abellani, relicto intervallo trium brachiorum PVKVLATVI TRIKEI; nam Πῆχυς graece idem, ac brachium; TRIKEI vero a τρία tribus. Eadem mensura dum ageretur cum Nolanis latine brachium dicta est; hic vero ubi disponitur de Abellanis graece dicitur Πῆχυς; nescio equidem, an ex diversitate dialecti utriusque populi, seu potius ex disparitate mensurae. Hinc intervallum viae publicae ex brachiis sex circiter constabat; quapropter e-

tri-

utrique populo spatium id commune erat, & ita finem habeat *Lin. desessima*.

Lin. XXXIX. XL. XLI., & XLII. MINIL. KATVL. AVELANVI.... AVS. SENATEL. TANCINVR... SVVEIS. PVTVLVSPIR. LIKA... FVFAN. SEKSS. CVMBEMB. Quae sequuntur ad expiationem aliquam faciendam pertinent; nam violata religione Dei Termini, & ipsius Herculis custodis, ad sacra recurrendum erat, ne laesus adversus Populos insurgeret. Seniores ergo Abellani cum Senatore Tancino, & suis popularibus (nam dubito *Putulvspir* irrepsisse loco *Populuspir*, tum liceat adsumere FVFAN. SEKSS. nempe *fer. Sessitos*, hoc est Magistratus) convenientes simul, sive concordes hanc expiationem peregerunt.

Lin. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. XLVII., & XLVIII. SEKARAKLVM. HEREKLEIS. SLAGIR. PVKIST. INIM. TEET... PVK. VPEISVR. SAKARAKLVM. PVRANTER. TEREMMSS. EE...IST. PAITEREMEMNIV. VIV...TANCINVR. PRVFATVSE. T. L...., Omnes ergo ascendant ad Sacraculum Herculis, & uniformiter pure, & religiose VPEISVR, hoc est operando, sive expiando Sacraculum, & terminos, & istum pariter terminum, Tancinus recitet praefationem, & sanctificet hanc, ut deinceps sacra habeantur. Reliqua adeo corrupta sunt, ut vix in linea L. prospiciam mentionem unius hirci INIM. IRIC. sacrificandi pro injuria violatorum terminorum, & in linea LIII. TERESVKTATIVF, videlicet tres annuos fructus terrae usurpatos offerendos in Herculis thesauro in satisfactionem injuriae, & quietem utriusque Populi. Haec sunt, PRAESVL AMPLISSIME, quae secundis curis de tam obscuro, ac singulari Monumento proferre ausus sum, nescio, quo forte, cum haec judicium tuum, & ceterorum Eruditorum subitura sint; nec enim in votis habui nisi experimentum, ut ceteri excitentur majoribus subsidiis, & ingenii felicitate ad meliora semper proferenda.

De Scriptura, & Characteribus Oscorum.

Primo occursu hujus marmoris, & ceterorum, si quid hujusmodi inveniri contingat, neminem esse puto, qui hujus characteris originem ex Etruria non deducat; Inde enim studia universa, atque artes derivata esse per Italiam universam profitemur, quippe quia ea natio ex Oriente artes omnes pulcherrimas ex patrum traditione susceptas ubé-

ubique effudit, quidquid fermiator jactatus sit, qui humani generis progeniem non pridem in Italiam traduxerit, quam illam sub horrore septentrionis ab omni orientali praejudicio repurgaverit, ut prius rigesceret glacie, quam respiraret. Processus hujus nostrae scripturae, & forma litterarum continuo originem Etruscam profitentur. Video tamen litterarum formas maxime accedere ad Latinas, sive quia tales & ipsae tunc essent, sive quodam certo auspicio Oscam nationem aliquando Romae futuram fore familiarem, ac traducturam in derisum circa theatra, ut eorum linguae, & loquelae illorum jam tunc Roma adsuesceret.

Hanc scripturae formam non ita pridem contemplari [illegible], quum paucalos ejus gentis nummos tractaverimus ex iis, quos protulit in lucem, & illustravit Cl. noster Olivierius, tota plaudente litteraria Republica; sed nondum aliquid emerserat, ex quo integra notarum series exprimi posset ad Alphabetum in laterculo producendum; ut si quando ex thesauris Herculanensibus codex aliquis majoris negotii in lucem prodeat, hoc subsidio non destituamur. Itaque viginti tantum notas ei dialecto necessarias ordinavimus, rejectis quibusdam spuriis, quae vitio marmoris, aut caligantis amanuensis ipsis irrepserant.

Igitur Osci sex litteris fortasse carebant D. G. O. Q. X. Z., quas adhuc desideramus. Nam cum haec pronunciationis elementa potissimo a clymatis gradu moderentur; quippe quia vocis organa sub rigido caelo facile contrahantur, ita ut Etrusci, & Samnites, qui loca montana, & aeris rigidioris incolebant, duriores litteras, quae conatu majore indigebant, effugerent. Contra Orientales sub laxiori clymate educati gutturales liberrime proferebant, atque, ut verbis utar D. Hieronymi, *stridentia*, *anhelantiaque verba resonabant*. Itaque illis gutturis obsequentioribus spiritus illos ad vias loquelae efferebant, majorem lenitatem aucupantes, ut literam *Thau* similem per *Daleth* effunderent. Etrusci contra litteram O resolvunt in V, gutturi alpino faciliorem.

Notavimus quoque supra, Oscos tenacissimos fuisse scripturae suae, unde raritas emergit hujusce inscriptionis, & in ipsa quoque parsimoniam linearum, quam ut servarent, introduxere nexus quosdam, qui non modice obsistunt perspicuitati, ac majestati scripturae, quod nemo populorum, qui nitidius vixere, effecisset, si Graecos Gramma-

maticos excipias, qui proximis saeculis elegantissimam illorum scripturam per nexus, ut ita dicam, Arabicos compendii caussa deturparunt, quos elegantissimo, & eruditissimo Opere persecutus est, & explanavit Vir Cl. Bernardus Montfauconius ex Maurinorum Monachorum familia in suo egregio opere *Palaeographiae Graecae*, ut nunc praeteream Gregorium Placentinium Cryptoferratensium Monachorum Antistitem in ejusdem Palaeographiae Epitome. Ex antiquis vero, nonnisi Oscos invenias, qui hoc more usi sint, quorum compendiorum seriem in praefixo laterculo adnotavi. Demum observandum est, Oscos pluralem numerum peculiari modo expressisse duplicata ultima littera in fine vocis, ut lin. 92. TEREIIS., 42. FVFANSEKSS. & 51. FRVKTATIVFF. Cetera vero, si aliquid amplius hujus classis in lucem venerit, linguam hanc luculentius amplificabit.



INDEX

TAB. I.



Post pag. LIV. In Dissertat. Linguae Oscae.


TAB. II.
ALPHABETUM OSCORUM
NEXUS Litterarum
LITTERAE Ambiguae

TAB. III.

INSCRIPTIO OSCA LATINIS LITTERIS EXPOSITA.

1 EKKVMA
2 TIRRALAK
3 LIIMIT
4 HERECLEIS . FIISNV . MEFA
5 IST . ENTRAR . FEINVS . TV
6 HERECLEIS . FIISNAM . AMF.
7 ET . PERI . VIAM . PVSSTIS
8 PAI . IPISI . PVSTIN . SLAGI.
9 SENATEIS . SVVEIS . TANGI-
10 NVR . TRIBARAKAVV . L. M. L. L.
11 KITVR.... INIM . PVK . TRIBA
12 RAKKIVF . PAM . NVVLANVS
13 TRIBARAKAE . TVSET . NAM .
14 VITTIVF . NVELANV . MESTVE.
15 EKKVM . SVAIAR . ABELLANVS.
16 TRIBARAKATTVS. ET . IVK . TRI
17 BARAKKIVF . NAM . VITTIVF......
18 ABELLANVM . TESAVR . ANT......
19 PVST . FEINVS . PVSPIS. NAM . AN.
20 FRET . EISEI . TEREI . NEP . ABEL
21 LANVS . NEP. NVELANVS. PRVN.
22 TRBARAKAT . TINS . AVT . TE
23 SAVRVM . PVR . ESEI . TEREISSI
24 AVN . FATENS . ASMVNAKAR . T
25 INVR . PATENS . ASIEM . PRI......
26 TESAVREI . PVKKAHF . EE.........
27 ITTVMALT . TRAMALIT........
28 EHRAS . AVT . ANTER . SLAGEI
29 ABELLANAM . INIM . NVVLANA . M
30 VLLAR . VIVFRVUV . ISMERV
31 SAI . PAI . MEFIAI . TEREMEN.
32 IVSTAIET
33 EMAPVI . VESTIRI . KIVT . MAIS
34 PRVPVKIK . SVERRVNEI . CVALV...
35 LEI . ABELLANVI . INIM . MANV...
36 IVVCTIVT . MAI . PVKALATVI.......
37 TRIKEI . KERVTACVI . NVEL......
38 INIM . VEFT . EIS . ABELL.........
39 MINIE . KATVI . AVELANVI.........
40 IVS . SENATEL . TANGINVR.......
41 SVVEIS . PVTVRVSPIK . EIKA.......
42 PVTAN . SERSS . CVMBENB.........
43 SAKARAKLVM . HEREKLEIS.......
44 SLAGIK . PVKIST . INIM . TEET....
45 PVK . VPEISVR . SAKARAKLVM....
46 PVRANTER . TEREMNISS . EE......
47 EST . PAE . TEREMENNVIV . VIV.....
48 TANGINVR . PRVFATVSE . T . L....
49 ANSIVR . PV....IK....SAKAR.....
50 INIM . IRIK . TE....RVM . MVIT.....
51 NIV . INIKE . EEE . IPVSIA.......
52 EISTEIS . SAKARAKLEIS.........
53 TERIS . LRVKTATIVF . F.........
54 MVINIKV . PVTVR.............
55 AVT . NVVLAR.............
56 HEREKLEIS . EI.............
57 ISPIR . NVELA.............

INDEX

Vocum hujus Inscriptionis juxta ordinem Literarum.

A

Abell . 58.
Abellanas . 29.
Abellani . 53.
Abellanum . 18.
Abellanus . 15. 20.
Akatakkeis . 50.
Akerum , & 15. 16.
Aks . 15.
Amf . 6.
An..... 19.
Anber . 20.
Aneer . 29.
Anter . 18.
Afim . 25.
Afmerakar .... 24.
Aon , 24.
Aut . 42.
Aur . 22. 28. 55.

B

Barakat . 22.
Barakklof . 15. Vide in Tri .

C

Vide fub litera K .

E

Eal . 51.
Ekkarm . 9.
Ekkom . 15.
Ee . 46.
Ehi . 20.
Eifeli . 52.
Einspui . 55.
Eitrai . 5.
Ereifuka . 51.
Efei . 25.
Et . 7. 18. 48.

F

Feimar . 2. 19.
Ft..... 36.
Frifnam . 8.
Fifna . 4.
Frebatatiaff . 25.
Fufar . 42.

H

Herecleis . 4. 6. 45. 56.

I

Iaike . 51.
Ium . 11. 29. 35. 38. 44. 50.
Inur . 25.
Ipil . 8.
Iek . 50.
Iful . 32.
Ifnuru . 52.
Ifpera . 50.
Ifpia . 57.
Ifpil . 37.
It . 2. 47.
Iromalt . 27.
Ik . 11. 16.
Iukrri . 16.
Ifthiet . 52.
Inatihi . 36.

K

Kasil . 55.
Kelatimai . 57.
Kinak . 11.
Kil . 13.
Kusla . 34.
Kumbenb . 44.

L

Lei . 50.
Lica . 41.
Likinab . 11.
Limia . 5.
Lis . 58.
Lirrom . 50.

M

Mal . 35. 36.
Mana . 53.
Mefa . 4.
Mefter . 24.

Minf. 35.
Mal. 30.
Mmiion. 54.

N

Nam. 13. 19. 23.
Nefal. 31.
Nep. 21.
Nin. 29.
Nou. 31.
Nasla. 37.
Nuel. 37.
Nalanam. 19. 25.
Nor. 10.
Naulam. 14.
Naulams. 12. 21.
Naular. 51.

P

Pai. 8. 42.
Pam. 12.
Parem. 24. 25.
Pert. 7.
Pri. 25.
Prafarafct. 48.
Pran. 21.
Prapohik. 34.
Pu. 5.
Pu.....ik. 49.
Puc. 45.
Pucafetel. 56.
Pukifs. 44.
Pukhabf. 36.
Pur. 25.
Puramer. 46.
Pusie. 15.
Pusfei. 7.
Pufl. 19.
Pufsin. 8.
Pundafpir. 41.
Patur. 34.

S

Secer. 49.
Sikaraklish. 52.
Sakaracfum. 43. 45.
Sekfi. 42.
Senssen. 9.
Senstel. 43.
Slaci. 48.
Slaci. 8.
Slaor. 44.
Sailie. 15.
Sareis. 9. 41.
Surdrumel. 34.

T

Tami..... 9.
Taucimer. 9. 42. 48.
Titiaf. 23.
Te.....tam. 52.
Teet..... 44.
Treel. 23.
Teeciasp. 20.
Teemifs. 23.
Tecemenmia. 48.
Teemera. 31.
Teermuh. 46.
Tesh. 23.
Terrai. 28.
Teri. 25.
Thefaur. 15.
Thefaurs. 45.
Thefaurum. 23.
Tim. 22.
Tramalis. 23.
Trharakat. 22.
Trharakmar. 16.
Triharakiaf. 11. 17.
Trifremet. 15.
Trifarakamen. 22.
Trikhalik. 2.
Trhei. 47.
Tufen. 13.

V

Vehiri. 35.
Vlam. 7.
Vik. 38.
Virtiaf. 14. 17.
Vin. 47.
Vimmu. 52.
Vlar. 52.
Vlafpir. 41.
Vpefer. 43.

AD-

ADFINITAS

LINGUAE OSCAE CUM LATINA.

E*Cuma*. Ecce, vel una cum

Tribalar. cum compositis a Tribu.

Liimit. a Limite.

Fiisias. a Festae depulsore Fascini.

Mesa. a Media; nam Osci carebant littera D, & dicebant *Pit pit* pro Quid quid

Pert. propositio frequens, eadem quae Per.

Via. vox communis in eadem notione ac Latinis.

Posstii. linea postica frequens in re agraria.

Pai. Pa pro *parte* dicebant Antiqui ex Festo.

Ipisi. pro Ipsi; nam Osci asperam PS vitabant, & interponebant I.

Siom. Una cum, particula conjunctiva, quasi Una secum.

Inim. particula numeralis; nam antiquiores *Inum* pro *Unum* pronunciare solebant, ut ostendi in meis Roncalliensibus.

Tri. cum compositis pro numero ternario passim.

Iuc. pro Iugero terrae; nam Osci loco literae G, qua carebant, K, & C subrogabant.

Barakkas. Brachium pro mensura intelligebant.

Messur. Mensus est.

Suaier. a nomine possessivo *Suo*, & *Suoris*.

Ait. *Mensuram* terrae 120. pedum in quadrum notare suspicor, de qua D. Isidorus Originum lib. XV. cap. pariter XV.

Tera, & *Terei*. Terra.

Aufret. auferet, tollet, detrahet ab *Ab*, & frangere.

Tin. Tenus, sive Prope.

Thesaurum. Vox communis utrique linguae.

Et. conjunctio pariter communis.

Nep. particula negativa *Neque*; nam Osci, ut indicavimus littera Q carebant, subrogata P, ut in citato alio exemplo ejusdem Oscae linguae *Pid pid* pro *Quid quid* ex Festo.

Trem

Prai. Nihil amplius; Nihil praeter, ut ex toto contextu sermonis colligitur.
Per ufit Terrifi. Per ipsas terras.
Fatu. Manifeste.
Afcenualar. derivatum puto a clam; nam ab eodem fonte est *Clacculis*, concha nempe ad aliquid occultandum apud Plautum.
Pacabf. syncope est a *Pasca*.
Imunab, *Tramalo*. Utraque vox composita est a *Mula*, quae vox pura Osca est.
Vestri Civi. Vestri Cives.
Cuals. quales.
Fyfar. idem, qui Suffetius; ut in lin. 42., ubi praecedit littera 8, quae ut plurimum usurpatur pro F, sed eo in loco subrogatur loco S. Suffetios vero habuere etiam Albani.
Lu. Purum putum Latinum est.
Kaua. Catos dixere Latini *scitos argutos*.
Senatel. cum compositis a Latino *Senatus*.
Sehsi. A numero senario.
Puraatee. Pariter.
Terenensi. Terminus in plurali.
Irik. Hircus pro expiatione.
Prosenue. a Latino *Praefari*.
Mutaco. Municipium, *Municipes*.
Nusdar. cum compositis a *Nullus*.
Fruktatiuf. a fructu.

ALPHABETUM
VETERUM ETRUSCORUM

SECUNDIS CURIS INLUSTRATUM ET AUCTUM

A JOH. CHRST. AMADUTIO

GRAECARUM LITTERARUM PROFESSORE

IN ARCHIGYMNASIO ROMANAE SAPIENTIAE

ET ACADEMIARUM ETRUSCAE CORTONENSIS VELITERNAE VOLSCORUM ET FULGINATENSIS SOCIO ATQUE INTER ARCADES BIANTE DIDYMEO.

STEPHANO BORGIAE

PRAESULI CLARISSIMO

A SECRETIS S. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE

JOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS.

SI eruditissimo Passerio nostro cesserim virtute, doctrina, & initae tecum necessitudinis vetustate, non aeque tamen eidem cedam studio, & officio in te, Praesul praestantissime, neque etiam nominis tui vel ornandi, vel celebrandi cupiditate. Sacrum honori, & meritis tuis ipse voluit vetus Oscorum Alphabetum, quod una cum singulari hujus linguae Monumento, lapide nempe terminali Nolanorum, & Abellanorum, secundis curis perpolitum ab eo nunc editur. Cur non & ego sacrum velim tibi ipsi alterum veterum Etruscorum Alphabetum, quod tantum ad illud accedit, quantum [illegible] inter se Osci, & Etrusci ipsi nationis commutatione conjunguntur? Huc adde, hujus pene deperditi idiomatis typographicas formas, quas immortalis Philippus Bonarotius Etruscae eruditionis amplificator egregius efformandas olim curaverat, quaeque dein in manus devenerant alterius Etruriae decoris Antonii Francisci Gorii tecum amicitia, dum vixit, conjunctissimi, te unum ab exitio splendidissime reparasse, ceterisque exterorum characterum cimeliis, quibus excellit sacrae Congregationis de Propaganda Fide Typographia, splendida liberalitate adjunxisse, tum a me eas ipsas brevi Praefatione exornatas post tot aliorum tentamina, & illustrationes in medium denuo proferri voluisse. Hinc singula demum, te admittente, & curante, prelo excusa sunt, tum simul a te merito nuncupata prodierunt Sanctissimo Pontifici Clementi XIV. utriusque nostrum benemerentissimo, quem dum nobis praepropera, atque acerba nimis morte peremptum lamentamur, est tamen, cur laetemur ipsum decessisse tantis cumulatum virtutum meritis, tantisque in Ecclesiam, in ditionem Pontificiam, in literas, in bonas artes, & in honestos viros beneficiis insignem, quae eumdem tum aeter-

aeterno beatorum aevo dignum praestiterint, tum subsequentium saeculorum immortalitati supra invidiam omnem commendaverint. Quae ergo hucusque privata grati animi significatione, & alterna tanti Pontificis meritorum praedicatione nostrae persaepe in ipsum pietatis officia persolvimus, eadem me nunc non meo solum, sed tuo etiam nomine publica quodammodo celebritate instaurari cur non tu probes, cur & non ceteri laudent? Quare cum Alphabetum illud, quod tuum jure dixerim, & mea in ipsum contexta Praefatio, quae tui suffragium tulit, & sapientissimi Pontificis clientelam meruit, rursus typis committenda esset, & adnectenda quinetiam Passeriano super laudato Opusculo, non alteri certe, quam tibi, a me nunc dicanda fuit, praesertim cum nova semper tua in me existent beneficia, quibus nisi officiorum verbis, & sincerae voluntatis testimoniis respondeam, nihil praeterea aliud, quod rependam, mihi nunc suppetat. Gratum erit interim tibi, opinor, ea denuo percurrere, quae celeri tunc calamo tractata, nunc uberiori rerum, & monumentorum adparatu exornata, & aucta a me sunt, quaeque quinetiam pro temporum, & loci opportunitatibus aliquantisper immutata deprehendes. Tu vero in ea, Praesul praestantissime, ac meis non egeas laudibus, qui nimirum tanta litterarum, & eruditionum omnium fama ubique inclarueris, ut omnium amorem, & aestimationem demerueris. Tum meae in te voluntates, & addictissima obsequia adeo omnibus publice, privatimque innotuerunt, ut luculentioribus testimoniis haud nunc confirmari eadem necesse sit; quemadmodum tanta est animi mei constantia, tenaxque vel semel testatae, vel etiam debitae observantiae propositum, ut nec ulla re turbari umquam queat, nec iterata commemoratione fulciri opus omnino sit. Injurius ego etiam sim tibi, si de mutua benevolentia sollicitus, eam mihi a te servari in posterum petam, quam primum mihi ex liberalitate indultam, ac dein auctam beneficiis studiorum similitudo aluerit, ac honesta prorsus, nec turbata umquam animorum conjunctio confirmaverit. Cura interim, ut qui vegeta prorsus valetudine praestas, eamdem serves incolumem, ut praeclarissima studia, ut facis, strenue prosequaris, & ea, quae tibi debentur, praemia virtutis referas, iisque ornatus Ecclesiae, & litteris prodesse diutius possis. Vale.

Datis ex Aedibus meis Kal. Januarii anno Jubilaei MDCCLXXV.

Ellis-



ERUDITISSIMIS ET CLARISSIMIS

A C A D E M I A E ETRUSCAE CORTONENSIS

S O C I I S

JOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

S A L U T E M.

Quod jam ab anno MDCCLXXI. ex prelo Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, cujus Typographiae cura, ac regimen collatum in me fuerat imperio, ac beneficio singulari Clementis XIV. Pontificis Maximi nuper nobis inopinato fato erepti, excusum, & editum a me fuit veterum Etruscorum Alphabetum, nunc secundis curis ornatius, & uberius exhibetur. Cur enim argumentum hoc tunc latius tractarem, qui idioma proponerem sanctitati, & ministerio loci aut parum congruum, aut minime utile, quique duntaxat antiquae eruditionis instrumentum, quod nostrae huic exoticorum characterum eximiae supellectili Cl. Praesul Stephanus Borgia laudandae custodiae, conservationis, & adfinitatis cujusdam ratione, tum spectanda simul munificentia adcesserat, pro Alphabetorum nostrorum serie prosequenda, atque amplificanda quoquo modo illustrandum susceperam? Quare eorundem characterum ope, quos cunctis formis chalybeis, aeneis, & plumbeis absolutos elaborandos curaverat eru-

ctissimus Philippus Bonarotius, & ex eo Cl. Gorius pro suis admirandis Etruscae antiquitatis Monumentis exornandis adhibuerat, quaeque dein Praesulis sapientissimi providentia ab interitu vindicati securitate loci aeternitatem sibi augurantur, hanc nunc Etrusci Alphabeti editionem pluribus locupletatam additionibus instauravimus, vobisque, Socii Eruditissimi, qui jure hoc idiomate utemini, & quo quia etiam recte vos alloquatur, communicamus. Hac siquidem ratione tum meam in vos observantiam testabor, tum aliquam erga vos grati animi mei significationem proferam, qui inglorium hominem vestro hic celeberrimo caetui adnumerandum voluistis, ac demum etiam ostendam, si non aequalibus viribus, & virtute, ut vos facitis, saltem voluntate adniti me ad eam Tyrrhenicam Spartam, quam vestro beneficio nactus videor, ornandam. Id dum facio, gratum facio quinetiam Cl. Borgiae Socio nostro benemerentissimo, cujus auspiciis haec nostra eduntur, tum etiam memoriae, & laudes plurium instauro, qui eruditissimis operibus jampridem in lucem emissis & studia haec amplificarunt, & Academiae vestrae nomen, & famam immortalitati conjunxerunt.

II. Neque opus hoc ingratum ceteris erit, qui antiquitates amant, siquidem Etrusca Monumenta plurima ita perspicua sunt, ut eruditioni multum luminis, & adjumenti attulerint; plurimam vero placeat necesse est universis Italiae incolis ab Alpibus ad Fretum Siculum, quo fama Etrusci nominis, quin et imperium pervenerat [1]; gratissimum vero obveniat etiam Romanis, inter quos scribimus, quorum Tiberis ripa altera Tyrrhenico ritu, & legibus regeretur, multaque etiamnum inter Romulea Monumenta Etrusci operis cimelia adserventur. Cur & non ceteris arrideat Pontificiae ditionis Civitatibus, quae olim Tuscorum magistratibus suberant, quaeque etiamnum Etruscae originis testimonia in Monumentis, quae supersunt, quaeque ignorare prorsus ipsas pudeat, ostendere possunt? Praetereo nunc Nuttissimam Etruscis litteris *nomine Velathri* instructa, quae primum edidit Cl. Praesul Raphael Fabrettius Urbinas [2], quaeque ad Velitras in Volscis vetustissimam Civitatem, cujus erudito caetui nos adscriptos gloriamur, retulit laudatus nuper Cl. Gorius [3], eruditissimus Marchio Scipio Maffeius Veronensis [4], doctissimus Janus Plancus Ariminensis [5], laudatis-

(1) *Livius Lib. V.* (2) *Inscript. Domest. Cap. VII. n. 376., & 406. pag. 528.* (3) *Mus. Etrusc. To. I. pag. 427.* (4) *Osservazioni Letterarie To. IV. pag. 15.* (5) *Vid. Epistolam in Ephemerid. Florent. Cl. Viri Lamii anni* [illegible].

tissimus Erasmus Froelichius Graecensis Styrorum (1), ac tandem (ut ceteros mittam), Michael Timotheus Pfeifferius Ratisbonensis (2). Siquidem novum non est, Etruscorum ritus, ac literas in Campania etiam obtinuisse, cum Campanos Tuscorum partem fuisse, eruditissimus vir, & de Tyrrhenorum idiomate, & Monumentis optime meritus Johannes Baptista Passerius Pisaurensis (3) contendat, ut proinde Vasa omnia, quae in Campania detegantur (quid & de ceteris Monumentis, quae ibidem detegantur, idem vetat asserere?) inter Etrusca adnumerare non dubitet, ac longe Romanae magnitudinis tempora excedere eadem quoque propugnet. Ceterum ipse Passerius (4), tum etiam Cl. Praesul Marius Guarnaccius Volaterranus Etruscorum originum indagator solertissimus (5), qui Numismata hujusmodi multa collegit, aeneisque Tabulis insculpsit, ad Volaterranam Civitatem spectare eadem maluerunt, quibus adversari non audeam, praesertim in tanta rerum incertitudine, & in tanta eorum nominis celebritate. Ceterum ut quid Velitris rependeret Guarnaccius ob tot adempta, Numismata, eidem Urbi alia adiudicavit Graeca prorsus, atque hac signata epigraphe ΥΕΛΗΤΩΝ (6), quibus forte Velienses populi in agro Oenotriae, ut ait Herodotus (7), sive in Lucania, verosimilius designantur. Haec nuper etiam adduxit Vir Cl. Dominicus Magnanius (8), qui & Guarnaccii, ceterorumque, qui Veiis, & Veturiae genti tribuerant, opinionem refellit. Sed nos non ii sumus, qui gravissimo, atque eruditissimo Seni obloquamur; quare sit de hac re aliorum potius judicium.

III. Insuper vero ceterae etiam Pontificiae ditionis Civitates & Etruscis litteris signata Numismata, & Etrusca alia, ut innuimus, Monumenta iisdem commendata characteribus adhuc ostendunt, ut Tyrrhenici Alphabeti cura genere etiam e re nostra sit. Vetus namque, & nobilis Tudertina Civitas in Umbria hujusmodi Numismatibus adprime abundat, quae nomen [illegible] *Tutere* Etruscis expressum elementis praeseferunt, quaeque Fabrettius ipse (9), Passerius (10), & Guar-

(1) *In Not. element. pag. 26. et Append.* (2) *Catalogus Numismatum antiquorum Etruscorum, Graecorum, praecipue Barbarorum &c. Ratisbonae* 1771. *pag.* 44. (3) *Vid. Paralip. Etrusc. To.* 2. *Dempst. Etrusc. in Praefat. pag. XXIV. & XXVI.* (4) *Dissertat. de re nummaria Etruscor. Cap. VIII. pag.* 187. *in Paralipomen. ad Dem. Regal. Etruriam. Lucae* 1767. (5) *Origini Italiche &c. Lucca* 1767. *To. II. Lib. VI. Cap. IV. pag.* 180. *& seqq. Tab. XX. XVI. & XXIII.* (6) *Loc. cit. pag.* 190. *Tab. XXII. n.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. (7) *in Clio.* (8) *Lucania Numismatica Romae* 1755. (9) *Inscr. Ant. cap. VII. pag.* 538. (10) *Vid. Dissert. de re nummar. Etrusc. loc. cit.*

& Guarnaccius (x) ediderant. Hujusmodi Numismata ex aere habentur pleraque, sed & argenteum etiam adservat Aloysius Gyraldius Ferrariensis veterum Gyraldiorum gentilis merito, quod Jovis capite ex una parte insignitur, & Aquila cum solita Tusca epigraphe ex altera, & cujus typus nondum adparuit, ut hinc proinde confutandus veniat anonymus, ceteroquin eruditissimus, numismaticae institutionis scriptor recentissimus (y), qui nimis confidenter adseruit adhuc desiderari Etrusca Numismata argentea; cum tamen praeter Tudertinum viderim alterum [illegible] *Puplunu* inscriptum, Populoniae nempe (z), apud Julianum Geoghizium Poetam, & ICtum Ariminensem, tertium [illegible] *Tiatur*, ad Theatum nempe pertinens, & Herculis capite in antica, in postica vero parte quadriga instructum, quod idcirco anecdotum est, apud Matthiam Zarillium Neapolitanum, Herculanensis Academiae, & Cortonensis nostrae Socium eruditissimum, cum quartum [illegible], vel aliter [illegible] *Hyrina*, nempe Hyrium praeferens, a Cl. Viro Alexio Symmacho Mazochio totius antiquitatis promo condo (a) describatur, quintum praeterea [illegible] *Fisfuls*, scilicet vel Faesulanum, ut censuit Cl. Guarnaccius (b), vel Pistorii, ut suspicatus est celeberrimus Plancus apud Guarnaccium, vel Paesti, sive Posidoniae, ut Passerius (c), & Mazochius (d) par nobile Virorum, atque eorum asseclae sane eruditissimus Nicolaus Ignarra (e) existimarunt, vel tandem Pistiae in agro Calatino, ut indicavit Paschalis Magnonius non infimae notae Antiquarius (f), argenteum innuatur a Guarnaccio ipso, atque argenteum etiam prostet in Museo Vaticano Clementino ex dono Zarillii nostri, quem supra laudavimus.

Prae-

[illegible]

Praestat nunc ergo celebris adeo Numismatis, quod etiam ex Augustinio, & Pellerinio innotuerat, typum, qui forte fortuna apud nos adservatur, heic exhibere, quique ex Museo Academiae vestrae exceptus est.



Ceterum nos nihil de hac opinionum dissensione statuemus, contenti ad Numisma hoc, ac cetera etiam provocasse, ut argentea etiam inter Etruscos populos evinceremus. Cursim tamen innuemus, animo ab Ignarra vitio verti Guarnaccio nostro amplissimo Praesidi, & Cl. Planco quinetiam ad Faesulas, ac Pistorium hoc Numisma ipsos amandasse, quod montanae Civitatis, qualis utraque Etrusca, quam diximus, symbolum esse repugnet delphinum, & aplustre, sive summam partem puppis, quae, medio hordei pleni, turgidique acino, ibidem cernuntur; quandoquidem ex Etruscis Tuderti Nummis apud Passerium [1], qui signantur anchora, & tridente, discere poterat Ignarra, etiam montanis Civitatibus, ac Tuderto praesertim, aliisque etiam mediterraneis ea symbola obtingere potuisse, quae ex mari petita sint. Addimus postremo tandem tria ex argento Samnitum Numismata, Tyrrhenicis exarata elementis, quorum epigraphes etsi non omnino similes, omnia tamen ad laudatorum populorum Osce loquentium, & Etruscis [illegible] Imperatorem pertinent, qui [illegible] C. Mutil. Embratur, idest Cajo Mutilo Imperator salutatur; eaque post Cl. Hannibalem Oliverium [2] a Guarnaccio ipso allata sunt [3]. Verum e diverticulo in viam. Sua Numismata Etrusce loquentia habuit & Nuceria (nescio an Alfaterna inter Picentinos, an Camellaria nostra in Umbria), si Thomam Dempsterium [4], & Ant. Franc. Gorium [5], tum & Guarnaccium [6] audiamus, in quibus & compendiose [illegible], nempe [illegible], & [illegible] Nuceriae legitur, etsi Passerius [7] Numisma decurtata epigraphe insignitum ad Populoniam pertinere suspicetur. Poterisne insuper sua adscivit Numismata Maffeius [8], in quibus ejusdem nominis vestigium invenire sit intumulatis litteris [illegible] ERV; quamquam de eodem Numismate addubitet Guarnaccius [9], ut & de altero Sellaria-

ne

(1) [illegible] pag. 176. (2) [illegible] Tom. II. [illegible] (3) [illegible] pag. [illegible] Tab. IX. num. 14., 15., & 16. (4) [illegible] Tab. [illegible] (5) [illegible] pag. 423. Tab. [illegible] (6) [illegible] pag. [illegible], & pag. [illegible] Tab. XIV. (7) [illegible] pag. 172. (8) [illegible] Tom. [illegible] pag. [illegible] Tab. [illegible] (9) [illegible] pag. 231.

no adsubstituit Passerius (1). Etrusce quoque inscripta Numismata fuerunt olim Eugubio, in quibus [illegible] *Ikuvini* legendum venit, quaeque laudatus Bonarotius (2), & Vir Cl. Hannibal Oliverius Pisaurensis (3), tum etiam saepe citati Passerius (4), & Guarnaccius (5), ac postremus omnium tandem Rinaldus Reposatius Eugubinus (6) ediderunt. Pisauro quinetiam Numismata tribuuntur, in quibus Etruscis litteris signatur [illegible] *Pis*, quae post Goltzium, & Augustinium (7) ediderunt Spanhemius (8), Gorius (9), Oliverius (10), ac tandem Guarnaccius (11). Ravennae praeterea Numismata adscripsit Oliverius (12), & Guarnaccius (13), quae ab Arrigonio (14) proferuntur, & in quibus Etruscis characteribus exstat Epigraphe [illegible] *Rave*, quae quidem pro [illegible] *Rave* sit, ob commutationis E in V apud Etruscos facilitatem; quod si haud improbetur, jam Hebraicae origini, quam super laudatus Mazochius (15) Ravennati Urbi adtribuit, dum illius nomen a [illegible] *Raëab* [illegible] *irriguum*, quod nempe in lacunis olim sita esset, derivavit. Tandem Etruscorum Numismatum in ditione Pontificia agmen claudet, quod Ariminensi Civitati tribuit Guarnaccius (16), quodque in Museo Cl. Planci nostri Arimini adservatur, cum ex litteris ÆP simul junctis sive Graecis, sive etiam Etruscis, quibus R Latinum quoque convenit, ut utriusque fert opinio, Ariminum non aegre se prodat; Quamquam & viderim apud popularem meum Petrum Borghesium Sabiniasensem, magnum, & excultum antiquitatis amatorem, & Auximi in Museo Leopardio exstare etiam intelligam multae conservationis nummum alterum, Martis caput altera parte praeseferentem, & clypeo armatum militem altera, cum Latino lemmate ARIMN, quod certe Ariminum ostendit.

IV. Praeter Numismata alia etiam sunt Etrusca Monumenta, quae adservantur, quaeque etiam persaepe eruuntur in ipsis ditionis Pontificiae locis quamplurimis. Quid enim celebrius, ut a potioribus initium facia-

(1) *Loc. cit. pag.* 187. *Tab.* V. *num.* 11. (2) *Ad Monumenta Etrusca operi Dempsteriano addita explicationes, & conjecturae* [illegible] *Tab.* [illegible] *num.* 4. (3) [illegible] *Tom.* [illegible] (4) *Loc. cit. p.* 179. *Tab.* [illegible] *num.* 2., & 5. (5) *Loc. cit. pag.* 152. *Tab.* [illegible] *num.* 2., & 3. (6) [illegible] 1772. *pag.* [illegible] (7) [illegible] *pag.* 174. (8) [illegible] (9) [illegible] (10) [illegible] *pag.* 25. (11) *Loc. cit. Tab.* XV. *num.* 5., & 4. (12) *Cit. Dissert. pag.* 42. (13) *Loc. cit. pag.* 159. (14) *Num. antiquiss. Tab.* XVIII. *num.* 65. (15) [illegible] *pag.* 34. [illegible] (16) *Loc. cit. pag.* 160. *Tab.* XVI. *num.* 8.

ciamus. Eugubinis aeneis Tabulis, quae septem numero habentur, & quarum quinque duplici latere scriptae sunt, reliquae duae uno dumtaxat, ut omnes simul XII. paginas constituant? Earum siquidem partem aliquam Etruscis exaratam literis edidit omnium primus Henricus Smetius (1), tum Janus Gruterius (2), ac dein (ut plures alios superioris saeculi scriptores praetereamus) communibus elementis expressam, & explanatione donatam partem eamdem denuo vulgavit Vir Cl. Ludovicus Bourguetius (3), & laudatus Oliverius (4), quemadmodum integras, & Etrusce loquentes singulas has Tabulas protulerat Dempsterius (5), & post eum iterum etiam edidit Passerius (6), at ea tamen varietate ordinis, ut quae nempe prima est Passerio, VI. a tergo Dempsterio sit, ut de ceteris nunc sileamus. Tandem & alteram ex Tabulis hisce vulgaverat Gorius (7) Etrusce exaratam, quae apud Dempsterium secunda est, XI. apud Passerium. Hujus ectypum, qui forte fortuna in manus nostras devenit, dabimus inter Monumenta veterum Etruscorum ad calcem hujus Dissertationis una cum Passeriana analysi ex Paralipomenis ad Dempsterianum opus petita. Hanc Tabulam quinetiam, quam Gorius Orthium Carmen lamentabile Etruscorum antiquorum censuit, versibus Italicis reddere ausus est juxta Gorianam interpretationem Vir Cl. Xaverius Matthaejus Neapolitanus (8), ut Etruscae poeseos specimen exhiberet. Praeterea cerebrosam quamdam ex hisce Tabulis interpretationem, quam septentrionalium etymologiarum ope exhibuit Stanislaus Bardettius (9) in postumo ejus opere inferius etiam citando; cum audacia hujusmodi tentamina risu potius excipienda sint, quam seria censura expungenda. Tandem Eugubinarum Tabul. descriptionem, quae minimas etiam partes earumdem complectitur, habemus a Joh. Hieronymo Carlio Senensi in Romanis Ephemeridibus (10). Magni quinetiam facienda venit bilinguis Inscriptio, Latina nimirum, & Etrusca, Pisauri in Portico publici palatii existens,

(1) Inscript. antiq. ann. 1588. (2) Inscript. antiq. pag. CXLII., & seqq. (3) Bibliotheque Italique, ou Histoire Litteraire de l'Italie &c. a Geneve 1728. To. I. [illegible] (4) [illegible] (5) Etrur. Regal. To. I. pag. 91. (6) Paralipom. ad Dem. Regal. [illegible] (7) Mus. Etrusc. Vol. I. post Prolegomena ad eamd. Tabul. pag. XX. (8) Nel libro Poesia della Bibbia tradotta dall' Ebraico [illegible] (9) Della Lingua de' primi abitatori dell' Italia &c. [illegible] (10) Efemeridi Letterarie di Roma per l'anno [illegible]

& ab Oliverio [1] edita, quam & nos preferemus inferius. Nota est insuper Inscriptio Etrusca, quae in prospectu Cryptae sepulcralis apud antiquum Falarim, quae nunc Civitas Castellana dicitur, legenda occurrit, quamque Bonarotius [2] publica luce donavit. Tum laudatus Auctor inter loca Etruriae, in quibus Etruscae Inscriptiones reperiuntur [3], enumerat Cortonam, Perusiam, Plebis civitatem, Sutrium, Viterbium, ut nunc praeteream Sepulcra Etruscorum apud Perusinos, Iguinos, & Tarquinienses a Passerio inlustrata apud Gorium [4], de quorum uno inferius sermo recurret, ceteraque Tuderti, & Cortoni Monumenta, quae in singulis fere Etruscorum Monumentorum Voluminibus, quae hucusque prodierunt, occurrunt. Addam nunc inter Perusina Etrusca Monumenta Inscriptionem, quae exstat in Museo Oddio in S. Herminii Suburbano, ubi linea quarta *Perus* nomen perspicue legitur, quam a me descriptam autumnali otio anni [illegible] heic referam, etsi temporis iniuria pene detritam:

[illegible]

Longus essem, si cetera Monumenta Etrusca adhuc anecdota, quae in veteri sepulcreto detecta sunt ad suburbia Perusiae in Paroecia S. Christophori de Piscilla ann. [illegible] referre vellem. Quid si etiam Passerio [5], & Guarnaccio [6], assentiamur, Arimnum Tuscorum Regem, de quo Pausanias [7] tum Ariminae gentis, cuius in hac Cortonensi inscriptione mentio:

RAVNTV. ARMNI. VIL. LXXV
Rauntu Arimni, qui vixit annis LXXV,

tum & Ariminensis civitatis originem primum extitisse? Neque nunc inter Pontificias civitates Etruscorum praetereunda Urbs vetus, ubi Decembri mense anni [illegible] in Crypta sepulcrali columella Acherontica, quam primum habeamus vetus Etruscorum Monumentum ibi detectum, inventa est hisce insculpta characteribus:

Heic

(1) Monum. Pisaur. pag. 11. num. XXVI. (2) Loc. cit. Tab. LXXXIII. num. 1. (3) Loc. cit. §. XLIV. pag. 99. & seqq. (4) Inscr. Etrusc. To. III. pag. 99. (5) [illegible] (6) Loc. cit. pag. [illegible] (7) [illegible]



Heic forte habetur defuncti Etrusci hominis nomen, qui ANI. VENELVS. VINVCENAS salutari potuit, nempe *Anio Venelio*, sive *Venilio* (Venilia enim Turni mater dicta est), *Vinuceniae* filius; quandoquidem Etrusci metronymicis potius, quam patronymicis gaudebant, ut inferius etiam dicemus. Verum haec hactenus.

V. Habetis, opinor, Socii eruditissimi, caussas, ob quas in Latio degens non importunus censear, si Etruscorum Alphabetum etiam iterato protulerim. Nunc id reliquum est, ut de Alphabeto ipso aliqua proloquar. Postea quam detectae, & in apricum prolatae sunt celebres Iguinorum Tabulae, insignia nempe illa Ritualia Monumenta, seu Divûm preces, & litaniae, quod contigit anno [illegible], plures scriptores, quorum aliquos supra laudavimus, in id deinde suam ipsorum curam conlocarunt, ut aliquid saltem de literis, quibus eaedem Tabulae scriptae sunt, statuerent. Quare pluria diversis temporibus Etruscarum literarum, quibus scilicet Iguina Monumenta instructa sunt, Alphabeta concinnari coeperunt, quae duplici Tabula, veluti uno obtutu, a Cl. Viro Antonio Francisco Gorio (1) expressa sunt, ut videre est in Praefatione ad ejus Alphabeti defensionem, quam Florentiae anno [illegible] publici juris fecit, & cujus inferius etiam a nobis mentio fiet. Horum Alphabetorum primas ducunt duo Alphabeta, quae omnium primus edidit Theseus Ambrosius anno [illegible], quibus succedit tertium a Petro Francisco Gambulinio cusum anno [illegible], tum quartum a Sancte Marmocchinio Ord. Praedicatorum vulgatum anno [illegible], deinde quintum a Paullo Merula proditum anno [illegible], ac dein a Grutero etiam adscitum, & denuo editum; quod sexto loco subsequitur aliud a Gabriele Gabrielio Eugubino propositum; hinc septimum habetur, quod auctorem agnoscit Cosmum de Rena anni [illegible], octavum insuper, quod est Philippi Bonarotii anni [illegible], nonum praeterea, quod ex Edmundo Chishullio agnoscimus anni [illegible], quodque ex eo dein rursus anno [illegible] in amplissima Tabula Cl. Vir Carolus Mortonius Medicinae Doctor, & Societatis Regiae Londi-

(1) [illegible] Difesa dell'Alfabeto degli Antichi Toscani &c. Par. II. [illegible] pag. CXXXI.

dinensis a secretis, decimum quinetiam, quod a Ludovico Bourguetio concinnatum est anno MDCCXXXII, ac tandem undecimum, quod Gorii est anni MDCCXXXVII, & duodecimum, quod Maffeii est anni MDCCXXXIX, quorum utrumque omnium postremum prodiit, & multis animorum dissensionibus originem praebuit. Verum nos de hujusmodi contentionibus parum sollicitis Alphabetum Etruscum nunc exhibemus eo prorsus modo, quo Cl. Gorius primum edidit in Tomo I. Musei Etrusci inter Prolegomena (2), ac demum iterum proposuit in laudata ipsius Alphabeti defensione adversus Maffeium (3). Quamquam non modo non ita animo comparati simus, ut in tanta rerum obscuritate, & incertitudine judicium proferre, aut unius opinionem alterius sententiae proponere nos posse censeamus, tamen cum Gorio nostro multis in partibus sentientes (4), magnus ipse eruditionis, & doctrinae promuscondus, praeluxerit, tum Gorio Passerius, Oliverius, Maecchius, Lamius, Placcus, Guarnaccius, Coltellinius, Venutii, omnesque Etruriae Mysiae celeberrimi decus adcesserint, cumque tandem luculentissima illa adversus Maffeium defensio Alphabetum suum non modo satis feliciter, verosimiliterque Gorius propugnaverit, verum etiam Maffeiana discrimina, & additamenta strenue excusserit, & improbaverit, satius propterea esse duximus cum Gorio, aliisque stare, quam aliter cum uno Maffeio sentire. Etruscum vero Alphabetum, quod eodem anno MDCCXXXVII edidit Andreas Adamius Volaterranus (4), adeo cerebrosum, ac pene monstrosum est, ut inter varia Etruscarum litterarum Alphabeta, quae collegit Gorius, haud recenseri meruerit. Verum nunc nequaquam inficiabimur, Cl. Monachos Benedictinos Congregationis Sancti Mauri aliquid nobis scrupuli, & difficultatis injecisse, cum in egregio eorumdem novo rei diplomaticae Tractatu non semel (5) Etruscum Alphabetum proponere, ac tum ipsos animadvertimus, quod XXV. constat litteris, quas ipsos (6) ex Dempsteri, Gorii, & Cortonensium Sociorum exemplaribus, tum potissimum ex Bourguetii systemate collegisse profitentur. Hujusmodi Alphabetum laudati Monachi Bourguetium sequuti cum Samaritano, Graeco, Arcadico, & Pelas-

(1) Tab. XXXVIII. (2) Tab. II. pag. 13. (3) Loc. cit. §. XII. pag. 83. (4) [illegible] [illegible] della [illegible] ecc. In Roma 1737. [illegible] (5) Nouveau Traité de Diplomatique [illegible] Tom. II. [illegible] Cap. [illegible] pag. [illegible] Tom. [illegible] (6) Ibid. Tom. [illegible] Cap. [illegible] pag. 681.

lasgico pariter comparant, quibus omnibus idem quoque respondere contendunt. Quare Bourguetiano Alphabeto, quod XXIV. litteris constat, ut videre est apud Acta Academiae vestrae Etruscae (1), & cui iisdem inhaerere fere religio est, litteram C addiderunt, atque O brevem, ac longam statuerunt, ut & apud Graecos usaverit; etsi tamen Maffejus (2) cum Prisciano Etruscos littera O Hebraeorum instar caruisse contenderit, & Gorius cum eo maximis (3). Ceterum cum conjectaris nisi easdem etiam nobis visum fuerit, quarum nonnullas in dubium quoque revocare facile esset, hinc haud a proposito nostro amoveri passi fuimus; quamquam tamen nec Gorianum ipsum Alphabetum, cui nos inhaeremus, omni exceptione immune esse existimemus.

VI. Verum nunc de litteris, scriptione, & lingua Tyrrhenorum pauca addenda erunt, ut Lectori nostro hujus emortuae, & incognitae jam fere penitus linguae notio aliqua constet. Quare Alphabetum Gorianum ex XVI. coalescit litteris, quae scilicet Cadmum primum ex Phoenicia in Graeciam attulisse perhibent. Duodecim simplices sunt, scilicet A E I K L M N P R S T V, duplices vero quatuor ς θ φ χ, quibus accedit H, adspirata nempe, auxiliaria, ac superaddita littera, quae nisi sola sit, tribus posterioribus duplicibus comprehenditur. Hujus autem formam aliqua tantum ex parte immutatam ab Etruscis Graecos, & Latinos fuisse mutuatos, contendit Guarnaccius (4). Videri tamen poterit, si libeat, Cl. Mazochii de *Forma* litterae H tam apud Graecos, quam apud Latinos antiquitate judicium (5), ubi insignitam formam ex Tabulis Heracliensibus etiam adducit. Quamquam vero Goriano Alphabeto omnino adhaerere nobis propositum sit, tamen variis litterae A formis alteram sic expressam ᴧ, ut & litterae R variis item formis alteram modo hoc singularem ʀ nos modo addemus, quarum utraque in Junonali sacra Mensa Herculanensium ad calcem adducenda inter Monumenta veterum Etruscorum, & in recitato superius Theani Etrusco Numismate usurpata reperitur; quemadmodum prior etiam bis occurrit in praecitato Caiatiae Nummo. Nova etiam litterae E forma accedet sic expressa ɿ, & ex

(1) [illegible] Tom. I. pag. 1. (2) [illegible] Tom. VI. [illegible] pag. [illegible] (3) [illegible] pag. [illegible] (4) [illegible] Lib. VI. Cap. IV. pag. [illegible] (5) [illegible] Cap. IV. pag. 118. [illegible]

& ex eodem Theani Nummo petita. Hujusmodi formam apud Graecos Italienses quinetiam additae a Simonide litterae H, scilicet E longae, vices gessisse, usurpata dumtaxat laeva parte media ⊢, ostendit Mazochius [1]. Hanc formam tamen Gorius tamquam T exprimentem proposuit, nescio, quonam fretus monumento. Nova insuper litterae K forma a nobis nunc additur, quae sic conficitur ⋗, ejusque specimen nobis exhibet Nummus aeneus rarissimus ad Herculaneum pertinens, quem ex Museo Mocenensifrio Perusiae omnium primus protulit Cl. Gorius [2], ac dein eruditissimus Guarnaccius [3]. Ejusdem schema, quod apud nos adservatur, heic nunc statuere praestat.



Tum de littera Q, quae in hoc nostro Alphabeto desideratur, aliqua dicemus, monentes nimirum Etruscum elementum ϙ, quod bis invenitur in Etrusca columella, de quo Passerius in Dissertatione *de Ervthreorum fonte* [4], quodque raro in aliis Monumentis occurrit, adhuc non constare, num referat CH, ut Bourguetius, vel K, ut Gorius censuit, vel, ut aliis visum est, potius ad ϙ Graecorum pertineat. Ceterum facile suspicatur Passerius, hinc apud Latinos ortam litteram Q, quae ut formam, ita etiam potestatem retineat. Etruscos vero C pro Q usurpasse, alibi [5] censuit, ut in epigraphe ..., CVIL, sive *Tiuvenis*?, quae mutila habetur in celebri Chimaerae signo Medicaeo, integra vero in altero Ceratiano Cortonensi, usurpavisse ostendit. Litteras vero B, & F abesse passi fuimus ab Alphabeto nostro, quamquam Maffejus [7] hanc formam 8, sive 8, in Nummis Samniticis, quos habet apud Guarnaccium [7], & quorum unum superius citavimus, respondere putet litterae B, ut proinde ... non aliter, quam *Sabinim* legendum contendat, & ... quoque legi *Embratur* ipse velit. Sed nos ad litteram P, quae & pro PH, & pro ϕ usurparetur, antiqua simplicitate, & inopia sic monente, antequam adspiratae notam, diversisque formam nanciscerentur, cum Gorio, aliisque facile amandandas censemus. Litterae F quinetiam ad-

fictis

(1) Loc. cit. pag. 111. (2) Difesa dell' Alfabeto degli antichi Toscani pag. 168. (3) Origini Italiche Tom. II. pag. 110. Tab. X. Num. 3. (4) Mus. Etrusc. Tom. III. pag. 1[illegible]. (5) De [illegible] Lib. [illegible] Regal. [illegible] Tab. XIII. pag. [illegible]. (6) Osservazioni Letterarie Tom. V. pag. 141. (7) Loc. cit. Tom. II. Tab. IX. num. 12., & 13.

finis littera V fuit, ut ejus vices gerere potuerit; quod quidem, si opus nunc esset, possemus ostendere; quemadmodum & PH, & Φ, tum & Θ dein vices etiam gessit juxta Graecae linguae, quin & Hebraicae indolem, ad quam Etruscum idioma propius accedere nonnulli censuerunt, quod & nos inferius innuemus. Una tamen ex litterae V formis, quae in Tyrrhenicis Monumentis sic pingitur >, habetur etiam inverso modo efficta, sive dextrorsum hians sic c in Tabulis Heracleensibus apud Cl. Mazochium, qui eidem nomen *Vau* Hebraeorum adseruit; quamquam & loco densae adspirationis ejus, quam spiritus densi nota Graeci designant, Latini vero sibilante littera exprimunt, adhibitam interdum observaverit [1]. Illud postremo adnotabimus, in Tabula Eugubina I. apud Passerium, quae Latina est, S obelo superius notari sic ⅂, ut proinde ipsam litterae Hebraeorum ת *Thau* similem reddat, & ex Tyrrhenico ipso Alphabeto petita adpareat [2]. Supervacaneum vero sit monere, litteram S apud Pelasgos in eisdem Eugubinis Tabulis pro F in pluralibus vocibus exprimendis adhibitam fuisse, ut BVF pro *Bos*, aliaque id genus occurrant [3], quod & Oscis etiam familiare fuit, qui cum Etruscis una gens, & populus exstiterunt. Familiaris etiam fuit Pelasgis, & Eugubinis, quos eosdem cum Etruscis diximus, adspirationis usus inter vocales litteras, quas iidem geminare saepe solebant, quod Passerius non semel in eorum celeberrimis Tabulis animadvertit [4]. Hinc ipsos vocem in gurgulione crispasse, & cum anhelitu pronuntiasse existimat, quod & Florentinis, ceterisque Etruscae ditionis populis etiamnum in usu est, quos proinde ab Hebraeae gentis populis, quibus etiam adspirationes valde frequentes erant, dimanasse antiquitus, facile quis censeat. Antequam de litterarum Etruscarum forma observationes absumpamus, adnotare juvabit, diphthongos quasdam, AE nempe, & EI praesertim fuisse Etruscis, quarum prima in E resolvebatur, & in Inscriptione *Aesar* habetur, altera vero, ut I pronuntiabatur, & in laudata Jmondi sacra Mensa Herculanensium occurrit, quae, ut & superior Inscriptio, inferius addacta a nobis nunc est. Si cui vero libeat Etruscarum litterarum comparationem cum Latinis, & Graecis adcurate instituere animadvertere, consulat Vi-

(1) *Tab. Heraclien. Tom. I. Diatr. III. Cap. II. § III. pag. 118. & seqq.* (2) *Passeri Lettere Roncagl.* [illegible] *XIV. pag. 143. & 146. To. XXVI. della Raccolta Calogeriana.* (3) *Passeri Lettere Roncagliesi XVI. pag. 316. Tom. XXVI. della medesima Raccolta.* (4) *Lettere Roncagliesi XVI.* [illegible] *pag. 174. e seg.*

Virum Cl. Marium Guarnaccium [1], ad quem digitum intendisse contenti erimus. Haec vero de litterarum Etruscarum forma, & potestate dixisse etiam sufficiat; quamquam tamen non aegre fateamur, aliquam ex varia pictorum, & sculptorum effingendi ratione, & populorum usu occurrere literae formam, quae non facile ad certam literae formam amandari possit; quod quidem saepe crucem figit Etruscae palaeographiae interpretibus [2].

VII. Praestat nunc de Etruscorum scriptione aliqua etiam attingere. Eorum antiquissimos usos forte eo scribendi more, quem βουστροφηδὸν Graeci dixerunt ab inflexione versuum boum arationem imitantium, nobis innotuit cum ex aliis Monumentis, tum praecipue ex Inscriptione, quae in Agro Cortonensi reperta est anno [illegible] mense Augusto eo loci, qui *Montanare* dicitur, quaeque nunc in Aedibus Nobilium Semininiorum Equitum adservatur, ubi nos eandem exscripsimus otio autumnali ejusdem anni, dum inter vos eruditos, & libenter hospitaremur. Ibi nempe quarta, & postrema ejusdem linea hac ratione exarata deprehenditur, ut ex apographo, quod nunc exhibemus, dignoscere quisque poterit.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Videtis heic ultimam lineam retrograda inflexione exaratam, quod sane etiam vel sculptorum ignorantia, vel sequioris sculpturae, quae deinde sinistrorsum formabatur, invalescente consuetudine fieri potuit. Quamquam enim βουστροφηδὸν scribendi genus antiquissimum apud Graecos fuerit, & rarissimum, nec praeter celebrem Sigeam Inscriptionem, & praeter alteram, quae una Pausaniae [3] innotuit, in ara Periandri Cypselidae inscriptam, tum praeter Solonis, qui Periandri aequalis, & socius fuit, leges hoc etiam modo conscriptas nullum aliud Monumentum hucusquedum emerserit, tamen non ita fortasse vetus, neque ita rarum apud Etruscos fuit. Siquidem Gorius [4] habet votivam Inscriptionem lateri Etrusci juvenis armati insculptam, quae hujusmodi scriptionem exhibet. Hac etiam ratione efformata videri possunt in celebri Gemma Ansideana [5], nunc Borussensis Musei, duo

(1) Origini Italiche To. II. Lib. V. Cap. I. pag. [illegible] (2) [illegible] (3) Lib. V. cap. 17. (4) Mus. Etrusc. Tab. [illegible] Raccolta d'Opuscoli del P. Calogerà. (5) Vid. Gorium Difesa dell'Alfabeto Etrusco pag. CXXIX, [illegible]

duo Thebanorum Heroum nomina [illegible] *Adrasti*, & [illegible] *Parthenopaei*, quae aliter a tribus aliis (quinque enim dumtaxat ibidem ex septem adducuntur) exarata habentur, ut observavit Praesul eruditissimus Guarnaccius (1). Ceterum Etrusci ut plurimum a dextera ad laevam scriptitabant, ut & Bonarotius (2) praesertim ostendit. Verumtamen Romanis omnia occupantibus, Etruscorum litterae veterem formam amiserunt, ut dein non a dextera ad sinistram eorum more, sed a sinistra ad dexteram more Romano scriptio fieret. Hujusmodi autem postremae scriptionis exemplum unicum habetur ex Bonarotii (3) fide, quod scilicet exstat in altero ex operculis ollarum fictilium, quae inter oppida Podii Bonitii, & Castellinae repertae fuerunt; Quamquam dein plura alia post Bonarotium emerserint, quae apud Gorium praesertim in Musei Etrusci voluminibus videri possunt; quaeque sine inclinantis gentis, & linguae Etruscae jam signa censeri debent, ut & ipsae Epigraphes Etrusca simul lingua, & latinis characteribus elaboratae idem produnt. Indicium enim est gentis vel victoris, vel potentia praestantis, si linguae, qua ipsa utitur, usus apud exteros invalescat, ut etiam ex ejus desuetudine de ipsa gente jam prolabente recte argumentum fiat. Quare nil mirum, si praepotente jam Romana Republica, quae Italiam fere totam moribus suis conformavit, ipsa scripturae Etruscae in Latinam mutatio contigit, quam nimirum Passerius (4) statuit circa annum V. C. CCCCLXIV., ut ex Eugubinis Tabulis latine scriptis eidem arguere facile licuit. Adscita insuper ab Etruscis fuisse tum Graeca elementa, tum Graeca vocabula, patet ex nonnullis eorum Monumentis, quae Graecis Inscriptionibus donantur, quaeque reperta sunt praesertim inter Campanos, qui olim Etruscis adnumerabantur, quique postea Graecis finitimi, qui eam Italiae partem dein incoluerunt, quae a Taranto usque ad Cumas, vel, ut Plinio (5) placet, a Locris Italiae fronte ad Tarentum usque protenditur, eorum litteras, & idioma facile acceperunt. Testis Vas fictile, quod est Neapoli in Museo Vallettiano, quodque habet Cl. Maffeius inter inscriptiones varias post Museum Veronense (6). Ipsum enim multis figuris conspicuum exhibet Pictoris nomen Graece exaratum sic:

(1) [illegible] (2) Loc. cit. §. [illegible] pag. [illegible] (3) Loc. cit. §. [illegible] pag. [illegible] Tab. [illegible] num. 2. (4) [illegible] (5) [illegible] (6) [illegible] pag. [illegible]

ΜΑΞΙΜΟΣ . ΕΓΡΑΦΕ

Maxinus Pinxit.

Exstat etiam in Bibliotheca Vaticana Vas aliud hujusmodi ex Campania advectum, & a Cl. Winckelmanno [1] relatum, in quo pariter Graecis elementis legitur:

ΑΣΣΙΜΟΣ . ΕΓΡΑΦΕ

Assimus Pinxit.

Huc pertinet etiam Vas Mastrilliani Musei Neapoli, Graecis ΗΡΑΣ, ΕΝΥΑΛΙΟΣ, & ΔΑΙΔΑΛΟΣ cujusdam nominibus, tum & figuris insigne, quod apud Cl. Mazochium [2] cernitur. Copulandae insuper huic Vasi dyotae tres [3] Etrusco artificio conformatae, & variis Graecis nominibus inscriptae, quibus designandis supersedeo, cum eadem ex Mazochio cuique petere facile liceat. His adde Vasa alia, quae in III. ipsa Volumine *Picturarum Etruscarum in Vasculis* [4] a Cl. Passerio nostro adducta sunt, quae hujusmodi Graecis Inscriptionibus, obscuris licet, donantur, quas quidem facile erit consulere. Quare nil mirum, si Festus in verbo *Bilingues* de Brutiis, ceterisque Magnae Graeciae populis dicat: *Osce* (quod est fere Etrusce) *et Graece loquebantur*. Verum haec hactenus, quae quidem a nobis latius tractabuntur in Dissertatione, quam paramus, *de Graecitate circa Graeciam variis temporibus usurpata, & exculta*. Etrusci quinetiam, ut ex omnibus eorum ubiquidum notis Monumentis patet, non alio Scripturae genere usi sunt, quam eo, quod majusculum audit, numquam adscito altero, quod minusculum dicitur. Tandem circa Etruscorum Scriptionem illud animadvertendum est, monente Passerio [5], voces truncare easdem consuevisse, ut reliquam earum partem, idest syllabas, quas praecedens linea non caperet, in sequentem transferrent, quod quidem Hebraeos semper religiose patet.

VIII. Quid autem de lingua ipsa Etrusca censendum sit, utrum scilicet ab Hebraica, ut laudati Mazochius [6], & Maffejus [7], tum etiam Paschalis Amatius popularis meus [8], an a Graeca, ut Bourguetius, & Gorius [9], vel ab utraque, ac vetere Latina simul, ut Passerius [10] existimavit, derivanda sit, non ego is sum, qui inter tot praeclaros Scriptores in diversa abeuntes ju-

(1) Monumenti antichi inediti ec. Tom. I. num. 143. (2) Tabul. Heraclien. Tom. I. pag. 138. [illegible] (3) [illegible] (4) Tab. CCL., & CCLI. pag. 38., & Tab. CCIX. pag. 40. (5) [illegible] (6) [illegible] (7) [illegible] (8) [illegible] (9) [illegible] (10) In Epistolis Etruscis [illegible], in Paralipomenis ad Dempsterum, & alibi.

judex assideam, aut a me definiri posse confidam, praesertim cum multi eruditae notae viri omnes hujusmodi conatus, tamquam inanes ut plurimum traducendos judicaverint. Ceterum si quod verosimilius est, consectari velimus, ad Hebraicum potius Etruscum idioma accedere facile affirmarem, quod etiam Cl. Guarnaccio [1] visum est. Docet id praesertim etymus vocum sive Etruscarum, sive Latinarum (Latinum etiam idioma multa ex Etrusco sit mutuatum oportet), quem ex J. Beatonio Anglo, qui Graecas plures, & Latinas, quin & Britannicas ex Hebraeo fonte petitas contendit, tum ex Mazochii, Passerii, Maffeii, aliorumque operibus efformandum succisivis horis curavi, quemque ad calcem exhibere non inutile erit. Verum inter ipsas Cimmerias tenebras, quibus hac in re circumcingimur, non aegre ad ridendum adducimur Stanislai Bardetti conatus, qui Socii sui Joh. Harduinii παραδόξοις delectatus omnia Etrusca Monumenta, quin & Tabulas ipsas Eugubinas ope septentrionalium idiomatum, nempe Gallico-Germanici, Armorici, Wallici, Gothici, Anglo-Saxonici, Francici, & Alamannici interpretari magna sane confidentia ausus est [2]. Neque hoc eruditionis monstrum novum omnino est, quandoquidem Hadrianus Scrieckius etiam in suis *de Originibus* libris ostendere tentavit, *linguam Etruscam eamdem esse cum Teutonica*, qui nimirum etiam unam ex Eugubinis Tabulis tamquam *Teutonicas linguae* explanavit [3]. Alios etiam Septentrionales scriptores, qui hoc tentarunt, a Mauriniis Monachis novi Tractatus Diplomatici conditoribus, quos supra laudavimus, adductos ostendere licet [4]. Nemo tamen melius hujusmodi cerebrosa tentamina ridenda suscepit (quis enim serio haec confutanda adgrediatur?) quam anonymus quidam scriptor (qui Hieronymus Zanettius Venetus a quibusdam habitus est), qui nempe anno [illegible] Opusculum [5] edidit lepidum, & festivum satis, in quo prope Ravennam in Theodericum Ostrogothorum Regem, & in Cassiodorum eidem a secretis incidisse fingit, ac cum ipsis de Etruscis Monumentis conserto sermone, litteras, quibus eadem instructa sunt, Geticas, ac Runicas potius, quam Etruscas statuendas comminiscitur, ut proinde ex barbarorum irruptione

(1) [illegible] Tom. I. pag. [illegible]. (2) *Della lingua de' primi abitatori dell'Italia*: opera postuma del P. Stanislao Bardetti della C. di G. In Modena 1772. (3) Vid. praefationem loc. [illegible] pag. [illegible] § X pag. [illegible]. (4) Tom. II. [illegible] pag. [illegible] (5) *Nuova trasformazione delle lettere Etrusche* [illegible] pag. XXXIV.

ne in Italiam Gothici etiam characteres pervaserint, quibus signata fuerint vasa, tegulae, marmora, numismata, aliaque hujusmodi, quique dein pro Etruscis habiti fuerint. Id etiam nonnullis Runicis, sive Geticis adductis Monumentis, & cum iis, quae Etrusca censentur, facta comparatione, evincere nititur. Verum ipse joci caussa tamquam somnium narrans, non serio, nec vigilans, ut ceteri ipso dormiente somniculosiores commenti sunt, id Litteratorum meditationi, vel potius oblectamento proposuit. Ceterum Passerius id aegre ferens, quod quaslibet Etruscorum Monumentorum interpretationes, quarum plerasque eidem acceptas referri debent, ludicra censura traductas cerneret, in Vindiciis Etruscis [1] asseruit, hujusmodi difficultatem contentionis studio magis, quam veritatis oblectare eos, qui vere in his studiis peregrini laudem sibi aliquam ex cavillatione aucupantur.

IX. Quare semper incertum summopere erit, quid Etruscae scriptiones obvolvant, etsi eisdem magnorum Virorum interpretationes accesserint. Ex Eugubinarum Tabularum comparatione, Etruscarum nimirum cum Latinis Passerius aliquid luminis ad hujus idiomatis intelligentiam derivari posse confisit, postquam ad examen jam cetera minora Monumenta revocaverat, tum mutua eorum collatione aliquas voces explanasse sibi visus est. An ipsi res bene cesserit, quamquam ad id eruditionum omnium opes adsciverit, multaque ingeniose detexerit, aliorum sit omnino judicium. Ceterum multum lucis quinetiam sperandum videtur ex ceteris bilinguibus Monumentis, Latinis scilicet, & Etruscis simul junctis, quorum nonnulla designabimus. Cl. Oliverius [2] Caii Fatii Haruspicis Inscriptionem latine, & etrusce loquentem unam, idemque portendere existimavit, ut Etrusca nimirum Latinae omnino respondeat; quamquam hanc ipsam Epigraphem Passerius [3] sacra Deorum lingua, quae quidem a vulgari Etrusca, in ceteris nimirum usurpata Monumentis insigniter differat, concinnatam velit, quod Dempsterius [4] ipse, & Passerius [5] quin etiam de Eugubinis Tabulis censuerunt. Verum ut hujus assertionis testimonium, ac specimen quodammodo quilibet in promptu, ac sub oculis habeat, heic nunc ipsam Epigraphem subjicimus, Etruscam lineam ob colu-

mnae

(1) Pag. XXI. Tom. I. [illegible] (2) [illegible] (3) [illegible] pag. 176. Tom. XXII. della Raccolta [illegible] del P. Calogerà. (4) [illegible] (5) Ibid.

meae exiguitatem in duas redigentes:

...TATIVS. L. F. STE. HARVSPE...
FVLGVRIATOR

[illegible]

Hanc sic legunt, qui Goriano Alphabeto insistunt, & ipse Oliverius praesertim.

Cn. Fates. Lr. Lr. Nemenis. Tratuvt Fruntac.

Quare *Cn. Fates* est Oliverio *Cajus Fatius*, cum non T initio mutilae Inscriptionis, sed F haberi existimet, ubi & C., decurtatum nempe praenomen evanuit. *Lr. Lr.* eidem significare videtur *Lartii Filius*, quod *Lar* Etruscorum in *vel Lucius* a Romanis conversus fuerit. *Nemenis* respondet Stellatinae Tribui, in qua Urbinum praesertim Pisauro proximum constituitur, ut post Gruterii [1] Inscriptionem Fabrettius [2] observavit, & cujus nomen, etsi ex Festo Tuscorum redoleat originem, cum nempe Stellatinus ager in Etruria situs esset, tamen ab Haruspice forte reprobatum est, quod vulgaris esset idiomatis, ut idem Passerius suspicatur [3]. Ceterum quoad Etrusci vocabuli significationem, & quoad ejus cum Latino rationem Oliverio haeret aqua. Passerius vero aliquid tentavit [4], dum [illegible] *Nemeis*, aliaque Graeca vocabula huic similia cum *Nemenis* comparavit, ut vox haec etiam Stellatinae Tribui, quam a Graeco verbo [illegible] ipse derivat, responderet; cum scilicet alter Stellatinus ager, ab eo, qui in Campania erat, diversus, ultra Capenam mare versus protenderetur, & Feroniae lucum comprehenderet. Verum quis adeo incerta moretur? *Tratuvt* vero videtur Oliverio esse a [illegible], quasi institutores essent *Haruspices*. Tandem *Fruntac* (non *Frquiac*, ut legit Bourguetius) [illegible] petendum putat, commutato B in F, ut saepe usuvenit, ut proinde *Fruntac* idem sit, ac *Fulgurator*, quemadmodum apud Pindarum Juppiter Dorice [illegible] compellatur. Ast Maffejus [5] potius ab Hebraica radice ברק *barak fulguravit*, quam a recitato Graeco themate, quod non fulgur, sed tonitru innuit, hujus Etruscae vocis etymon petendum putat. Cetera, quae ipse vel ingerit, vel reprobat [6] quoad hujus Inscriptionis, quam etiam adducit, interpretationem, consectari non juvat. Una quinetiam marmorea Arretii reper-

ta

[1] Inscript. ant. pag. 483. num. 8. [2] Inscript. Domest. Cap. IX. num. 516., & seqq. pag. 664.
[3] Ibid. pag. 758. [4] Lettera VI. [illegible] pag. 420., e 427. [5] Della lingua, e delle antichità Etrusche, e Volsche pag. 133. Tom. VI. delle osservazioni Letterarie. [6] Loc. cit. pag. 118., e seqq.

ta ex Musæo Strozziano profertur a Bonarotio [1], & a Gorio [2], quae duplici quoque Inscriptione, Etrusca nimirum, & Latina instructa est; verum ex sententia Bonarotii [3] nil una cum altera commune habet, quandoquidem Latinam Inscriptionem post Etruscam additam viri fuisse putat, qui cineres suos recondi voluerit vel cum ossiculis uxoris, vel patris, vel alterius consanguinei Etrusci; nam eidem haud verosimile videtur, Romanum virum, ejectis cineribus defuncti Etrusci, suos in eadem Urna, ut sumptui parceret, reponi voluisse, cum id & universa gentium religio, & praecipue Romanorum in mortuorum Manes refugeret. Tum aliud Etruscam, ac aliud Latinam Epigraphem protendere, patet etiam ex Passerio [4], qui hoc ipsum Monumentum litteris tantum communibus refert, quod tamen ita in prototypo cubat:

[illegible]
[illegible]

Q. FOLNIVS . A. F. POM
FVSCVS

Etruscam Epigraphem sic legit Passerius:

Aelye . Folni . Aelyes
Ciarti . Alisa,

ut sensus sit: *Aelia Folnii Aeliae Ciartii aeternae memoriae*; *Alisa* enim eidem est ab α, & λήθω, id est *non obliviscor*. Massejus [5] vero hoc vocabulum, quod superius etiam offendetis in adlata Seminiana Epigraphe, quodque non earum in Etruscis Monumentis, quorum nonnulla ipse adducit, ab Hebraico fonte derivat, ut nempe idem sit, ac ישה *ista, mulier, uxor*. Quare nihil utrique commune praeter *Folniae* gentis nomen, ad quam sepulcrum pertinuit. Verum si Bourguetium [6] audimus, legendum: *Aelbe Folni Aelbes Kiartle alisa*; ac latine vertendum: *Equitis*, vel *Aurigae Folnii Equitis Cymba*. Massejus vero [7] sic habet communibus usus elementis:

Aelyse Folni Aelyse
Ciartle Alisa,

tum in Latina legit Q. F., non A. F., ut apud ceteros. Ast postremam hanc interpretationem Maffei ridet, & merito. Adfinitatem tamen inter se utramque Inscriptionem, Latinam nempe, & Etruscam habemus in Urna fictili Musei Buccelliani Montis Politiani, quam refert Massejus [8], ac latine primum:

C. LI-

(1) Loc. cit. Tab. LXXXIX. num. 6. (2) Difesa dell'Alfabeto Etrusco, Prefaz. pag. CX. (3) Loc. cit. § CXV. pag. 101. (4) Lettera Fl. Romagnoli num. 73. pag. 450. (5) Loc. cit. pag. 154. (6) Difesa sopra l'Alfabeto Etrusco pag. 13. Tom. I. de' Saggi di Dissertaz. Accademiche di Cortona. (7) Loc. cit. pag. 100. (8) Loc. cit. pag. 13.

C. LICINI . C. F. NIGRI

Tum sequitur altera Etruscis litteris, quam Maffejus in Latinas commutatas duntaxat expressit:

F. LECNE . F. THAPIRNAL

Siglas duas ea forma donatas ait, quas V, vel F designari consuevit, licet heic pro G, vel C usurpatas suspicetur, ut *Caecinae* referant. Verum ob diversam Alphabeti rationem, quam Maffejus proposuit, haec certa designatione adumbrari non possunt. Ceterum ultima Inscriptionis vox, cujus primam literam nobis objecit, forte sic exarata nomen *Thapirnal*, niger sonare videtur; ut insertum etiam in Lexico vocum Etruscarum patebit. Adducenda heic videretur altera bilinguis Perusina Inscriptio, quae a Gorio (1) relata est; verum haec, monente Maffejo (2), ex duabus diversis partibus male coaluit, cum saepe usuveniat, ut operculi Urnis non respondeant. Bonarotius vero Urnas tam Latinas, quam Etruscas in Crypta Clusii ex fide incolarum detectas adfirmat, quas cum nemo adhuc, quod sciamus, adduxerit, quid de ipsis proinde statui possit, ignoramus. Postremo tandem idem ad Etruscae linguae intelligentiam praesidium peti posset ex Etruscis illis Inscriptionibus, quae Latinis literis exaratae inventae sunt proximae aliis, quae & literis, & vocibus Latinae omnino sunt, quaeque inter se adprime conveniunt. Eas nunc nobis consectari omnes haud licet; quamquam hujusmodi exemplum insignius haberi possit ex Tegulis Bocchiianis, quarum testimonium adducemus, ubi de Etrusco puero Tarquiniensi res erit.

X. Difficile quapropter esset ex Etruscorum Monumentorum comparatione, & interpretatione Lexicon Etruscarum vocum cum earum explanatione conficere. Ceterum illud inchoavit Maffejus, qui non solum ex certioribus hujusmodi Monumentorum vocibus, sed etiam ex ceteris, quae tamquam Etruscae originis a variis antiquis Scriptoribus adducuntur, concinnavit. Prostat hoc inter ejus Litterarias Observationes (3), ex quibus illud latine redditum nos exscripsimus, & aliis insuper ditavimus vocibus, quas ipse praetermiserat. Cl. Praesul Guarnaccius multo plura vocabula, quibus hujusmodi Lexicon excresceret, se collegisse testatur (4) ex fragmentis carminum Saliarum, & ex fragmentis Juris X. viralis, & Papiriani, tum ex operibus Nonii Marcel-

(1) Mus. Etrusc. Tab. [illegible] (2) Loc. cit. pag. [illegible] (3) Loc. cit. a pag. 5. ad pag. [illegible]
(4) [illegible] Tom. II. Lib. VI. Cap. I. pag. 145.

celli, Festi Pompeii, Macrobii, & Auli Gellii, quae tamen non omnia pura puta Etrusca habenda sunt, cum ipse nec Sabinas voces, nec Pelasgas, nec Samniticas praetermiserit, quas ab Etruscis nonnisi dialecto differre contendit. Sed cum id non exigui laboris opus instaurari a nobis nunc non posset, cumque non forte gratum futurum esset omnibus iis, qui peculiares veteris Italiae linguas simul commixtas nollent, ac vere Etruscas duntaxat aucupantur, ab hoc onere facile nos terga subducimus. Quare potius Lexicon alterum recudemus vocum omnium, quas nobis Eugubinae Tabulae servarunt, quod nimirum confecit Passerius noster, quodque ipse primum inter Roncalienses Epistolas publici juris fecit [1], ac dein rursus exhibuit in suis ad Dempsterium Paralipomenis [2], unde nos illud petivimus. Licet enim Tabulae istae exaratae sint vocibus, quas Iguvini idiomatis censet Passerius [3], cum etiam accedant Pelasgae, quibus duae ex hisce Tabulis elaboratae sunt, tamen cum & Iguvinam, & Pelasgam linguam ex Etrusca profectam, vel eidem adfinem fateatur quisque necesse sit, multum juvaminis ex hoc etiam Lexico Etrusco idiomati derivaturum manifesto patet. Tum hoc quoquo modo illud supplere poterit, quod, a Guarnaccio designatum, confici a nobis non potuit. Quare cum hoc Passerianum Lexicon adeo diligens, & adcuratum sit, ut themati ipsi cetera omnia subsequantur vocabula, quorum nullum praetermisit, quod iis in Tabulis prostet, facile ejusdem vocis mutationes, quae inflexiones, conjugationes, casus, numeros, tempora, personas, aliaque grammaticalia accidentia praeseferre possint, deprehendere facile erit; quod etiam ad Etruscae linguae, earum nempe matris, indolem dignoscendam conferre plurimum poterit. Constat hoc Lexicon MCCCC. plus minus vocabulis, cum, Maffejo monente [4], horum dimidium habeatur in Pelasgis, alterum in Etruscis Tabulis contineatur [5]. Etruscae linguae Lexicon Gorius [6] etiam pollicitus est, quod tamen tamquam emisit, ut proinde nobiscum praeclare actum sit, qui eo caremus, postquam posse se vocum omnium interpretationem, quam nonnisi cerebrosam haberemus, simul exhibere sibi persuaserat. Quare recte sentire Maffejum [7] nobis videtur, qui, detractis propriis nominibus, virorum,

(1) Lettera Roncagliese XVI. dalla pag. 189. alla pag. 194. del Tomo XXVI. della 1. Raccolta Calogeriana. (2) a pag. 193. ad 331. (3) Cit. Epist. pag. 145. (4) Loc. cit. pag. 60. (5) Loc. cit. pag. 71. (6) Mus. Etrusc. To. I. pag. XXVI., & To. II. pag. XXXV., & pag. 145. (7) Loc. cit. pag. 168.

rum, & urbium nominibus, vix triginta vocabula ad Etruscum Lexicon conficiendum conferri posse putavit.

XI. Aliqua etiam de hujus linguae syntaxi a nobis nunc dicenda superessent. Verum adeo exilia sunt, quae huc usque & de nominum casibus, & de verborum temporibus, ceterisque proprietatibus ad rem grammaticam pertinentibus innotuerunt, ut nihil certi statui possit. Passerius quidem animosior omnium primus masculina (1) nomina in *e*, & feminina (2) in *a* desinentia sibi detegere visus est. Aliquot etiam nomina propria masculini generis, ex Etruscorum genio in *a* terminantia designavit Maffejus (3), quod Hebraicae indolis esse etiam censuit (4). Nomina adjectiva a substantivis distincta indicavit laudatus Passerius (5), & participia insuper innuit (6). Pluralem vero numerum in *s* loco *r* (quam literarum commutationem superius etiam produximus) persaepe desinentem advertit Passerius ipse (7), & in *sa* etiam terminantem ostendit Guarnaccius; quod & Hebraicum morem olere contendit (8). Aliquot casus quinetiam notavit Passerius, qui vocativum in *a* finientem observavit (9). Tum id frequenter occurrere animadvertit Passerius ipse (10), gignendi casum in *al*, & *i* ut plurimum desinere. Utriusque rei simul exemplum instar omnium sit Inscriptio in Urna fictili, literis ex atramento pictis in interiori operculi parte, quae olim erat Florentiae in Museo Cerretanio, nunc apud Cl. Virum Joh. Ludovicum Bianconium Bononiensem Saxoniae Electoris a consiliis, & Romae Oratorem adservatur, quamque Passerius bis, & tertio (11), Gorius etiam non semel (12), & ex eo Maffejus (13) adduxerant:

[illegible]

Cai . Herini . Preliacial (Pulsenia nati).

Putavit etiam deinde Passerius ipse (14) terminationem in *al* sextum casum indicare, quem Grammatici ablativum vocant; sed multa in a-

(1) [illegible] pag. [illegible]. (2) [illegible] (3) [illegible] (4) [illegible]
(5) [illegible] (6) [illegible] (7) [illegible] (8) [illegible] (9) [illegible] (10) [illegible] (11) [illegible] (12) [illegible] (13) [illegible] (14) [illegible]

liam abire sententiam ipsam facile suaserunt. Quare tandem eidem in mentem venit suspicari, nomina illa ex substantivis facta adjectiva, ut derivationem filiorum a matre exprimerent. Siquidem metronymicis gaudebant Etrusci, & quae desinentiam in *al* patiuntur, non alia, quam metronymica sunt, ut ex adductis a Passerio [1] exemplis, aliisque insuper adducendis, si opus esset, manifeste constat. At enim, quod accedendum est, hanc insuper habere non pigeat. Extat nimirum Arimini in Museo Cl. Viri Jani Planci Etrusca Inscriptio ex Etruria advecta, quae sic legitur:

[illegible]

Larthi, Planti, Cumpuni (*Cumpunia nati*).

Massejus tamen per hanc terminationem ethnica nomina proferri, quae nempe gentem, & patriam significarent, dubitanter censuit [2], at ea tamen Hebraicam originem portendere, facile asseruit [3]: nec ab eo dissentit hac in re Guarnaccius ipse [4].

XII. Verum quid plura commemorem? Adeat, si plura quis velit, laudata hucusque opera, & Roncallinasa praesertim Passerii nostri Litteras, tum & Paralipomena in Etruriam regalem Dempsteri, atque etiam Italicam Dissertationem Josephi M. Riccobaldi de Bava, quae est de antiqua origine, situ, lingua, & characteribus Etruscorum, quoque Florentiae prodiit anno MDCCLVIII. Praestabit interim specimen aliquod hujus linguae nunc addere, quo recitatae hucusque syntaxeos regulae quoque modo se prodant. Quare primo loco proferemus Tabulam, quae inter Eugubinas apud Dempsterianam II. est, XI. apud Passerium, quamque Cl. Gorius dein recudit [5], addito schemate ad archetypi fidem elaborato, quod ipsum nos modo in manu nostra delatum iterum exhibemus. Gorius quidem Tabulam hanc *Carmen Orchium lamentabile* esse putavit, quo Pelasgi de illis infortuniis dolerent, quae a Dionysio Halicarnassensi referuntur; sed Passerius contra nulla vestigia hujusmodi deprehendens Ritualia potius pacatissima ad scientiam fulguralem pertinentia dijudicavit, ut ex ejus analysi, quam Monumento subjungimus, clarius patebit. Massejus vero hanc ipsam Gorianam interpretationem risu potius, ac censura quin etiam facile traduxit [6]. At Cl.

(1) [illegible]
(2) [illegible] (3) [illegible] (4) [illegible]
(5) [illegible] (6) [illegible]

Cl. Xaverius Matthaejus J. C. Neapolitanus [1], ex Etruscae Poeseos specimen aliquod exhiberet, eamdem Italico metro donare minime dubitavit. Passerius [2] quidem in Eugubina Tabula V. potius ob linearum diversam longitudinem metrum aliquod latere suspicatus est, quod tamen si linae computentur, nullum deprehendatur; adpareat tamen in hymno, licet non aliter esse videatur, quam periodos tecum ad brevitatem, & harmoniam compositas. Gorius [3] quidem hexametris versibus has Eugubinas Tabulas una cum Hadriano Scriekio concinnatas censuit, quod more suo improbavit, risitque Maffejus [4]. Post hanc Eugubinam Tabulam (ex qua argumentum defluxit non inopportunum, neque a re nostra alienum nonnulla nunc de Etrusca Poesi adstingendi) subsequetur Etrusca Epigraphe, quae insculpta est in marmorea Juconali sacra Mensa Herculanensium, quamque edidit, legit, & interpretatus est laudatus Passerius [5], qui eam in Curia Herculanensis Civitatis positam fuisse existimat, ut proinde Curialem appellare non dubitet, in qua rerum gerendarum curam praevia libatione Patres auspicarentur. Ex characterum forma, & litterarum consonantium geminatione conjicit Passerius, Inscriptionem hanc, quae duplex est, una scilicet in fronte, alia in altero laterum, ex antiquissimis non esse, sed iis concinnatam temporibus, quibus Latinus sermo cum Romanorum Imperio late per gentes pervadens cetera idiomata exturbabat. Occurret tertio loco Etrusca alia Epigraphe, quae omnium longissima est, & quam ex Hypogaeo Perusino edidit Passerius ipse [6], atque etiam Maffejus non semel, qui primum aere archetypon expressit [7], ac dein communibus elementis dumtaxat exhibuit [8]. Hypogaeum hoc milliario uno cum dimidio a Perusia distans ingressus sum, & diligenter perlustravi una cum Cl. Praesule Stephano Borgia Octobri mense anni CIƆIƆCCLXX, cum animarum ad vetustissimam hanc vestram Dardanicam patriam contenderem, ejusque ectypon accuratissimum dein

(1) [illegible] degli Ebrei [illegible] Tom. IV. [illegible] Tradotti dalla [illegible] dall'Ebraico originale, [illegible] In Napoli 1774. [illegible] (2) [illegible] degli Ebrei Tom. XVI. [illegible] Nuova Raccolta Calogeriana pag. [illegible] Paralipomeni ad Etrur. [illegible] pag. [illegible] Vid. etiam Epistolam XVII. [illegible] pag. 318. Tom. XXVI. Collectionis [illegible] ubi haec [illegible]. (3) [illegible] Tom. I. pag. [illegible] (4) [illegible] pag. [illegible]
(5) [illegible] Mensa Herculanensis [illegible] Florentiae 1748. pag. [illegible] Tab. [illegible] ad pag. [illegible] (6) [illegible] Tom. III. [illegible] Etruscor. [illegible] §. IX. pag. [illegible] Tab. [illegible] (7) [illegible] Tom. V. Tab. [illegible] (8) [illegible] Tom. VI. pag. [illegible]

ad me misit Josephus Bellfortius Civis Perusinus, antiquitatum solertissimus cultor, ex quo accuratiorem Inscriptionem ipsam nunc proferemus. In Etrusca hac Inscriptione, si Passerium audiamus, Duumvirorum quorumdam mentio habetur in casu obliquo, ut terminationes in *al*, & *i*, de quibus supra diximus, ostendunt. Voces duae *pinum*, & *cerurmeis* (*nam* enim idem, ac *sacrificium*) facile Passerio suadent, heic sacrum aliquod, vel dedicationem indicari, aut quid aliud ad sacros ritus pertinens, cum praesertim haud a consueta Manium invocatione initium ducatur. Maffejus [1] vero ex Hebraicis propriis nominibus coaluisse putat voces *Precuthurasi*, & *Clenarasi*, nempe ab ... *Ani*, & ... *Nethanani* apud Esdram [2], neque aliter habendas putat voces reliquas *Aulem*, *Larthal*, *Larthialisvle*, *Cestual*. Dicet forte nunc aliquis, cur haec Inscriptio latine reddita non est? Jam eo venimus, ubi mures ferrum rodunt. Verum quis ego sum, qui obloquar, silente Passerio, qui unus mihi tanquam

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ᾽ ἄριστος,

Calchas *Thestorides hariolorum longe optimus* [3],

atque unus tandem, qui vel difficilimas obscuras quascumque res & perspicuas, & verosimiles reddere videatur? Certe de hujusmodi rebus vel hiscere duntaxat Marte proprio me puderet summopere. Tandem quarto loco adferemus Etruscam Inscriptionem, quae quattuor lineis distincta insculpta cernitur in sinistro brachio Pueri aenei, intonsi, sedentis, bullam ad collum gestantis, & protendentis dextram manum, qui in Agro Tarquiniensi prope Cornetum, vetus Etruscorum Oppidum, anno MDCCLXX. detectus est, quemque Praesul consultissimus Franciscus Carrarius Bergomas, alter in Curia Innocentiana Judex comparavit, ac dein dono dedit pientissimo Pontifici Clementi XIV., qui eumdem inter alia Vaticana Cimelia pro sua abstinentia, ac liberalitate recondi voluit. Cum hoc aeneum Signum dein Praesul eruditissimus aere incidi, atque de eo & confici, & edi Dissertationem a Cl. Passerio nostro curasse [4], ex ea non modo nonnulla degustabimus, quae huic Monumento, & Epigraphi praesertim aliquid lucis adfundant. Putat ipse quapropter, hujusmodi Puerorum simulacra votiva Diis fuisse ob eorum reparatam salutem, quam aut Jovi prae-

ro,

(1) Osservaz. Letterar. Tom. IV. pag. 155. (2) Lib. I. Cap. II. vers. 77. (3) Homer. Iliad. 1. vers. 69. (4) [illegible] Passeri de Pueri [illegible] a Clemente XIV. P. O. M. in Museo Vaticano [illegible]. Romae 1771. in typographia [illegible].

ro, aut etiam Tageti vel a canis admirando acceptam referebant; inter quae praestantiora sunt, post nostrum, Perusinum Musei Gratiani, quod iniquo fato subreptum fuit tribus ab hinc annis, & Cortonense Musei Coratiani, quorum utrumque oculata manu tractavimus otio autumnali anni currentis [illegible], cum & utrumque Etrusca Inscriptione distinguitur a Passerio praesertim relata (1). Epigraphes vero censet dedicationes praeferre, ut perinde & nomen donantis, & donarii caussam exprimerent. Cum ergo sinistrum brachium Pueri Tarquiniensis, ut ex ectypo aeneo, quem nunc damus, & quem humanissime nobis laudatus Cl. Praesul communicavit, cognoscere licet, aliqua sui parte truncatum sit, manca perinde ipsa quoque Inscriptio facta est, nec ejus sensus plane omnino a Passerio attingi potuit. Ceterum *Velcnsa* in primis deprehendit, quod ex gentilitio nomine *Velia* derivatum dicit, ex quo dein Velimnia gens processerit. Dein *Sehnsal* nomen familiare esse arbitratur, quod *Sabira* hinc audiret, quodque in aliis etiam Etruscis Monumentis occurrit. At pelus in ea fuerat sententia, ut *Cehsani*, sicut revera legendum est, in *Sehsans*, ob facilem commutationem, in ς, conversum Salutem hac voce indicari contenderet. Tum voce altera *Cver*, quam a Graeco vocabulo κῦρ‑ ducit, Puerum significari adfirmat. Quemadmodum postremo vocabulo *Clan* filium innui docet, qui tamen ad matrem, ut Etruscorum mos erat, referatur; quod jam ipse in Dissertatione *de Tegulis Etruscis* sua (2) prodiderat, ubi duas ex Spedoniae gentis sepulcro tegulas, Etrusca alteram, & Latina Inscriptione signatas protulit, in quarum una, quae Etrusca est, licet Latinis exarata elementis, sic legitur:

Æ. SPEDO
THOCERNA
CLAN,

in altera vero, quae Latina prorsus est, haec habentur:

VEL. SPEDO
THOCERONIA
NATVS,

ubi sane *Clan* τῷ *Natus* respondere citra omne dubium patet, ut in Paralipomenis ad Etruriam regalem Dempsterii (3) idem Cl. Auctor jam antea adnotaverat. Ceterum Maffejus (4), qui laudatam adducit Etruscam Clusinam Epigraphen, licet paullulum variantem, *Clan* gentile no-

(1) Cit. [illegible] pag. [illegible] (2) Tom. [illegible] pag. 176 [illegible] Tab. XXVII. (3) In [illegible] pag. 154. (4) Osserv. Letter. Tom. [illegible] pag. [illegible]

nomen putat, quod ex Clani flavio, prope quem ipsa detecta est Inscriptio, adjacenti regioni adhaeserit. Passerio tamen, qui forte nunc verosimiliora conjectatur, adsentiri nos praestat.

XIII. En infelix linguae conditio, quae licet a populo late dominante usurpata, tantisque consignata Monumentis in eam tamen devenit sive temporum injuria, sive rerum vicissitudinibus tum oblivionem, tum obscuritatem, ut plurima incomperta, pleraque incerta, paucissima verosimilia, quae de ea fieri possint, nunc habeantur. Certe quidem Claudio imperante, linguam hanc coluisse Romanos existimandum est, cum ipse Imperator, teste Tacito[1], in Senatu verba fecerit *super collegio haruspicum, ne vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret*, quam tamen primores Etruriae adhuc retinebant, & in familias propagabant. At facile ex hoc colligere est, jam Etruscum idioma in desuetudinem abire coepisse, Latino sermone una cum Imperio omnia jam loca longe, lateque obtinente. Verum studio supplente, haruspicum scientia una cum ipsorum libris Etrusce loquentibus servata est usque ad dimidium quarti Ecclesiae saeculi; siquidem ex Ammiano Marcellino[2] discimus, haruspices consilio javisse Julianum Aug. *prolatis libris auguralis disciplinae*, quae in Etruria nata Etruscis etiam concredita erat literis, & vocibus. An vero hujus scientiae, & linguae studium diutius excultum fuerit, ignoro. Facile tamen in hanc adducar sententiam, ut, tacentibus historicis, linguam saltem omnino extinctam ubique existimem. Quis ergo post XIII. fere saeculorum intervallum intermortuam prorsus linguam redivivam fieri posse confidat? Conjecturis tamen haud obstruenda via, ac nos etiam iis, quae tum modestiores, tum verosimiliores adferuntur, plaudere non dubitamus. Animus certe longe audentior ei se oportet, qui in tanta rerum incertitudine Etruscas lucubrationes condere non vereatur. Vidimus nempe paucis abhinc annis Cl. Virum Ludovicum Cutellinium Cortonensem Sociumque nostrum doctissimo Viro Philippo Venutio altero Municipi vestro *carmi-nibus*, sive naeniis quibusdam Etrusco, ac ligato simul idiomate *audacter*, ut ipse ait, *exaratis, atque latine redditis*, tanquam redivivo patrio lessa parentantem[3]. Simile quid tentavit soluta tamen oratione, & pe-

(1) *Annal. Lib. XI.* (2) *Lib. XXIII. cap. V.* (3) *Viro graeco, & [illegible] [illegible], [illegible] Philippo Venutio Cortonensi [illegible]. (Anno 1738.)*

& petitis ex Eugubinis Tabulis vocibus Vir Cl. Joh. Bernardus Rubeus, qui ut lustralem regenerationis diem Ludovici Borbonii Parmae nati celebraret una cum Joh. Baptista Bodonio Typographiae Parmensis Praeside meritissimo, varias breves elaboravit Inscriptiones ex peregrinis linguis contextas, atque ex iis quinetiam, quae fere inter nos incognitae prorsus nunc sunt. Inter has linguas Etrusca ipsa numeratur, qua mutuatis ex Eugubinorum pontificalibus indigitamentis verborum, & precum formulis Juventutis Princeps solemniter ab eo salutatur (1).

XIV. Absolvimus tandem ea omnia, quae de Alphabeto, imo de tota re Grammatica Etruscorum husquedam innotuerunt, vel etiam commenta sunt. An quid nobis imprudenter exciderit, vos, Socii eruditissimi, facile cognoscetis, vosque etiam supplere, vana & emendare facile poteritis. Illud quidem per nos cautum est quammaxime, ne, dum haec obscura Etruscae litteraturae αἰνίγματα tractabamus, quidquam, nisi tot viris suffragantibus, assereremus; cum eorum sententiis nullus vel certitudinis, vel firmitatis calculus per nos, qui exigui ingenii, & ingloriae famae sumus, addere unquam posset. Praeterquamquod veniet forte tempus, quod veluti in antecessum reveremur, & quo cordatiores posteri haec nostrae aetatis miracula, veluti aegri somnia ridebunt. Sic nos etiam patrum nostrorum placita minus probata traduximus, hasque nobis vices rependent nepotes. Ceterum nemo negaverit, aliqua, atque haud quidem exigua laude digna esse hujusmodi praeclarorum tantorum virorum conatus, quibus & nonnulla incognita pridem omnino comperta nunc sunt; quemadmodum eorum ope ad majora deinceps detegenda vel impedimenta minuentur, vel etiam accrescent praesidia. Scilicet paullatim ad culmen adscenditur, & priorum tentamina, ac lapsus sunt fulcra, & documenta posteriorum. Quare absit, ut nos doctrinae, ac eruditioni eorum, quorum supra meminimus, quidquam detractum voluerimus. Quid enim citra eorum diligentiam eloqui nobis nunc contigisset? Camillum ipse quinetiam opportuna hac occasione, qua mihi nunc liceret eruditum, & vestris studiis commilitantem sermonem vobiscum conferre, & hoc meae in vos observantiae, gratique animi monumentum relinquere.

AL-

(1) Nel giorno battesimale di S. A. R. [illegible] Tipografia di Parma [illegible] a caratteri [illegible] 1769 [illegible] pag. 44.

ALPHABETUM
VETERUM ETRUSCORUM
JUXTA
CL. ANTONIUM FRANC. GORIUM.

	Figurae variae Litterarum.	*Potestas.*
1.	[illegible]	A
2.	[illegible]	E
3.	[illegible]	I
4.	[illegible]	C
5.	[illegible]	L
6.	[illegible]	M
7.	[illegible]	N
8.	[illegible]	P
9.	[illegible]	R
10.	[illegible]	S
11.	[illegible]	T
12.	[illegible]	V
13.	[illegible] addita duplex.	TH
14.	[illegible] addita, duplex, seu composita, Graecis est [illegible].	PH
15.	[illegible] addita, composita, Graecis est [illegible].	CH, F
16.	[illegible] addita, duplex, seu composita Graecis est [illegible].	PS
	[illegible] Adspirata, ancillaris, separabilis.	H

MO-

MONUMENTA
VETERUM ETRUSCORUM.

Inter Monumenta Veterum Etruscorum ante paginam CVII.



I.

TABULA ETRUSCA
EUGUBINA

II. apud Thomam Dempsterum, & XI. apud Johannem Baptistam Passerium, Latinis elementis expressa.

1 ESVNV : FVIA : HERTER : SVME :
2 VSTITE : SESTENTASIARV :
3 VRNASIARV : HVNTAK : VVKE : PRVMV : PEHATV :
4 INVK : VHTVRV : VRTESPVNTIS
5 FRATER : VSTENTVTA : PVRE :
6 FRATRV : MERSVS : FVST :
7 KVMNAKLE : INVK : VHTVR : VAPERE :
8 KVMNAKLE : SISTV : SAKRE : VVEM : VHTVR :
9 TEITV : PVNTES : TERKANTVR : INVMEK : SAKRE :
10 VVEM : VRTAS : PVNTES : FRATRVM : VPETVTA :
11 INVMEK : VIA : MERSVVA : ARVAMEN : ETVTA :
12 ERAK : PIR : PERSKLV : VRETV : SAKRE : VVEM
13 KLETRA : FERTVTA : AITVTA : ARVEN : KLETRAM
14 AMPARITV : ERVK : ESVNV : FVTV : KLETRE : TVPLAK :
15 PRVMVM : ANTENTV : INVK : SIHREKA : ENTENTV :
16 INVK : KATI : PERIME : ANTENTV : ESVNI : PERSNIHKV :
17 ANTENTV : IEVNT : AP : PERAKLV : ANTENTV : SEPLES :
18 AHESNES : TRIS : KAZI : ASTINTV : PRSNIHTEV : ETREA : TRIS :
19 AHESNES : ASTINTV : SVPERAKLV : TVVES : AHESNES :
20 ASTINTV : INVMEK : SVRVMEN : ESVNVMEN : ETV : AP
21 SVEV : KVRAHES : IEPI : PERSKLVMAR : KAPITV : VVKE : PIR
22 ASE : ANTENTV : SAKRE : SEVAKNE : VPETV : IVVEPATRE :
23 PRVMV : AMPENTV : TESTRV : SESE : ASA : FRATRVSPER :
24 ATIIERIES : AHTISPER : EIKVASATIS : TVTAPER : IIVVINA :
25 TREFIPER : IIVVINA : TIBLV : SEVAKNI : TEITV :
26 INVMEK : VVEM : SEVAKNI : VPETV : PVEMVNE :
27 PVPRIKE : APENTV : TIBLV : SEVAKNI : NARATV
28 IVKA : MERSTVA : FVIKVM : HABETV : FRATRVSPER
29 ATIIERIE : AHTISPER : EIKVASATIS : TVTAPER
30 IIVVINA : TREFIPER : IIVVINA : SAKRE
31 VATRA : FERINE : FEITV : SEVKV : ARVEIA : FEITV : VVEM
32 PERAEM : PELSANV : FEITV : ENEKE : TVA : TEFRA
33 SPANTIMAR : PRVSEKATV : EREK : PERVME : PVRTVVITV :
34 STRVSLA : ARVEITV : INVMEK : ETRAMA : SPANTI : TVVA TEFRA :
35 PRVSEKATV : EREK : ESESKVNA : PVEMVNE : PVPRIKE :

ANALYSIS HUJUS TABULAE
PER
JOH. BAPTISTAM PASSERIUM.

Haec Tabula (*) praecedit aliam subsequentem; nam in illa praescribuntur duo Sacra ad procuranda fulgura, tertium vero ordinatur in Tab. subsequente. Hic in lin. 25. demandatur primum *Amperiénse*. PRVMVM. AMPENTV., infra in lin. 30. alterum *Sacrum* ETRAMA. SPANTI., demum in Tab. subseq. lin. 2. TERTIAMA. SPANTI. In secunda caeremonia. ETRAMA. SPANTI. procurantur *duo fulmina*, sive *secundum fulmen*, in tertia vero *tria fulmina*, sive *tertium fulmen*: ex quo colligimus Tabulam hanc praemittendam fuisse. His praecognitis, nemo non videt, me longe abire a sententia Cl. Gorii, qui ex hac Tabula eruendum esse putavit *Carmen Orphicum lamentabile*, cujus nulla vestigia hic invenio, sed tantummodo peculiaria Ritualia ad Ritualem fulguralem pertinentia.

Lin. 1. ESVNV. FVIA. HERTER. SVME. VSTITE. *Sacri fieri fuit ferream fumine hostiae, sive ex hostia fumidis.*

Lin. 2. SESTENTASIARV. VRNASIARV. Genus, ut puto, frugis *bimae*, sed in numero plurali. *Sestentasiarum* puto, nomen esse alicujus mensurae dictae a *Sextante*; nam in sacrificiis cerealibus quaedam frugum praescriptae erant. Cato de R. R. cap. 83: *Votum pro bubus sic facito, Farris adorei libras tres, & lardi pondo IV., pulpae pondo IV. S., vini sextarios III. S. Id in unum vas liceto conjicere, & vinum idem in unum vas liceto conjicere.*

Lin. 3. HVNTAK. VVKE. Prima vox mihi idem sonat, ac *Caste* in Tab. lat. scripsit, nempe cana. VVKE. *Parte*. PRVMV. PEHATV., quia hic agitur de fulminum triplicis generis procuratione. Primum *porcum*, puto indicare *primum fulmen* a *Regia Vesta*, *Dextrae*; nam lingua Pontificali, ut observavimus, de victimis synonyma plurima habebat, quae in illarum sensu differentias quasdam nobis obscuras importabant.

Lin. 4. INVK. VHTVRV *Unum Taurum*.

Lin. 5. FRATER. VATENTVTA. PVRE. *Fratre Sacerdos jugalis pure, & exiguo*.

Lin. 7. KVMNAKLE. INVK. VHTVR. VAPERE. *Clamate, sive culto unum taurum*.

Lin. 8. KVMNAKLE. SISTV. SAKRE. VVEM. VHTVR. *Culto sistito*. Vox *sacra* relativa ad victimas. Subsequuntur SAKRE. VVEM. VHTVR. Fortasse *porcum*, *ovem*, & *taurum*; nam quandoque SAKRE *adjectivum* est conveniens rebus Deo dicatis. Quandoque porcum significat, ut alibi exposuimus. Hinc suspicari licet procurationes has fulminum diversa piamina admisisse pro varia Populorum religione, atque inter haec etiam *Suovetaurilia*.

Lin. 10. 11. SAKRE. VVEM. VRTAS. VIA. MERSVVA. ARVAMEN. Inter formulas cultationis in Tab. I., & II. saepe observavimus formulas. PIRORTOEST. MERSEST., & eandem vim hic habere puto easdem voces, licet in diversa dialecto. ARVAMEN derivatum est ab *Arvine*, sive ab *Arvis Ariete*.

Lin. 11. 12. 13. ETVTA. *ab eundo*, sive *circumeundo*. PIR. PERSCLV. *Per Persilum*, sive *sacrificium tum*. VPETV. a Sacerdote, qui OFETER alibi vocatur, SAKRE. VVEM. TLETRA. *porcum*, & *porro*

(*) *Longa pedes ab uno latere pars, alta pollices* [illegible]

avem alitem, *sive oscinem*, & in sacris positam. FERTVTA . AITVTA . ARVEN . KLETRAM . *Afferatur*, *ducatur avis pariter alitis*.

Lin. 14. ESVNV . FVTV . KLETRE . KVPLAK . PRVMVM . ANTENTV . *Assumi fiat ex Cinere dapibus*, nempe ex ara, & ardente altari, idque sit primum . ANTENTVM . Intentare verbum erat augurale, & importabat *vaticinari*, & *praedicere*. Hinc Virgilius Dogmae Pontificalis observantissimus ex praecedentibus signis concludit:

. . . . . . *Intentant omnia mortem*.

Paullo distabant ab hac significatione *ostentare*, & *portendere*, licet diversos gradus praescientiae indicarent . Quin etiam in ipso ANTENTV, diversitates quasdam observabant antiqui, ut constat ex subiecto exemplo, ubi in brevi orationis spatio legimus ANTENTV. ENTENTV., & ASTINTV . Harum vero differentias nix nobis obtenire datum est, minime vero intelligere.

Lin. 15. Hic nobis sese obiiciunt sex Ritualia diversa; sed tam concise expressa, ut ad differentiam discernendam ea nobis praefixis numeris segregare opus fuerit.

I. PRVMVM . ANTENTV .
II. INVK . BIBBERA . ENTENTV .
III. INVK . KAXI . FERIME . ANTENTV.
IV. ISVNT . FEREHTRV . ANTENTV .
V. ISVNT . SVFERAKLV . ANTENTV.
VI. SEPLES . AHESNES .
TRIS . KAXI . ASTINTV . FEREHTRV .
ETRES . TRIS . AHESNES . ASTINTV . SVFERAKLV .
TVVES . AHESNES . ANSTINTV . INENEK .
VVCVMEN . ESVNVMEN .

Primo loco praemittuntur tres ANTENTVS., sive praesensiones, augurio, extis, sacrificia, auspiciis, aut quodcumque aliud fuerint . Primum ANTENTV . simplicissimum est, secundo INVK, sive unus alter cum adiuncto BIBBERA . fortasse altissima, & tertio unus alter cum adiuncto KAXI . FERIME . Prima vox derivari potest per syncopen a [illegible], quasi Catarsi expiatio, secunda a *feriendo*, sive a *feriare*, & simul possunt pro additamento *Jovis Feretrii*, sive pro victimis, quae ab hac ceremonia *Jovis Feretrii* nomen adsciscere. Ex primi tres ANTENTV . Adiunguntur tres posteriores . IV. ISVNT . FEREHTRV . ANTENTV., nempe *auctorum Jovis Feretrii*. V. ISVNT . SVFERAKLV . ANTENTV., nempe in honorem *Jovis Superferetrii*, quemadmodum alio loco vidimus *Jovem* HOSTATIR., & ANOSTATIR., sive est *fulminantem*, & *iterum fulminantem*, ad exemplum *Martis Ultoris*, & *Bisultoris*. VI. sequitur SEPLES . AHESNES . *Scrutum famulae* [illegible], hoc est *[illegible]*, *[illegible]*, & *[illegible]*.

Descriptis sex hisce ritibus, fit eorum recapitulatio, & distinguuntur in duas classes . TRIS . KAXI . ASTINTV . FEREHTRV ., primi tres pertinent ad *Feretrium*. ETRES . TRIS . AHESNES . ASTINTV . SVFERAKLV ., posteriores tres pertinent ad *Superferetrium*, sive *iterum feretrium*. Restat & alia distinctio de duobus ultimis. TVVES . AHESNES . ANSTINTV . INENEK . VVCVMEN . ESVNVMEN . Duo postremi, nempe V., & VI. hic referuntur, sed illorum applicatio omnino imperspicua est, utique tamen prioribus relativi.

Lin. 21. PERSKLVMAR . KARITV . Hic subest aliqua praescriptio PERSCLI, hoc est *sacrificii faciendi de carne*.

Lin. 22. ANTENTV . SAKRE . SEVAKNE . VPETV . IVVEPATRE . Hic agitur de ANTENTV, faciendo ex parte illius anni per VPETV . *primum Pastorem Jovi Patri*. Et revera magna esse debuit Pastorum auctoritas in templo *Jovis Apennini*, ad quod pertinebant hae Tabulae, cum etiam Claudianus id sacrarium describens dicat:

Apen-

Apennino cultus Pastoribus erat.

Lin. 23. PRVSIV. AMPENTV. TESTRV. SESEASA . FRATVSPER . ATIIERIIS . Exponitur latius caeremonia prima AMPENTVS dextri, unde colligimus hic AMPENTVS fuisse *observationem* augurationis dexterorum, & sinistrorum; sed quia dextera infausta erant, ideo procurari debebant per *Fratres Atierios*.

Lin. 25. TIBLV . SEVAKNI . TESTV . INVMEK . VVEM . SEVAKNI . VPETV . PVEMVNE . PVPRIKE. Haec autem procuratio facienda erat ex *Tibio* illius anni, fortasse *vitulo*, & *ove* pariter illius anni per VPETVM, hoc est, *Pastorem*, PVEMVNE a *Poemonis Rex*, idque a *Poemaino pasco*, seu *pastorum more guberno*, qua voce saepissime utitur Homerus, qui Heroas passim vocat *Pastores Populorum*. Epitheton *publici* in suspicionem nos inducit *Parmunem* hunc *publicum* eumdem fuisse, ac *Dictatorem* cum regia potestate ex his, quos alibi vocamus *Reges Etruscos*; nam vix dubitare, et credam, ea aetate Italiam cognovisse dispositionem, quam tandem induxit discordia Civium, & Populorum.

Lin. 27. APENTV . TIBLV . SEVAKNI . NARATV . PVKA . IIERSVVA . VVIGVM . NAKETV . FRATRVSPER . ATIIERIE. In alterum *sacrum faciendum ex alio* TIBLO . SEVAKNI *cum praecatio merisata simul cum ove* VVIGVM . , idque faciendum *per Fratres Atierios*.

Lin. 30. TREFIPER . IIVVINA . Hic, & supra in lin. 23. licet Natio *Iguvina* nuncuparet nomine sacro IIVVINA a *Jove Casiolo*, sed amplius in hoc duplici tractu additur nomini adtributum *Jovis Tefori*, subsistens. TVTAPER . IIVVINA . TREFIPER . IIVVINA. ad conciliandum pro illorum temporum conditione eidem populo protectionem *Jovis Fulminatoris*; quod nos magis confirmat in suspicione, hanc, & sequentem Tabulam pertinere ad fulgurum disciplinam.

Lin. 31. SAKRE . VATRA . FERINE . FEITV. ERVKV. ARVVIA. FEITV. VVEM. PERAEM. PELSANV. FEITV . ERIIEK. TVVA . TEFRA . Ex alterum sacrificium novum ad procurationem *secundi* fulguris TVVA, quasi *duo*, vel *secundum*, ut quemadmodum ex *numero* unus fit *unicus*, ex *tres* fit *tercius*, ex *quatuor* fit *quartus*, ita minime dubito etiam ex duo processisse DVVTVS., quemadmodum ab ea radice processit *duplus*, *duplicarius*, & *duplex*.

Lin. 33. SPANTIMAR . PRVSEKATV. *Prosecta*, pro hujus secundi fulguris procuratione.

Lin. 34. STRVSLA . ARVEITV . INVMEK . ETRAMA . SPANTI . TVVA . TEFRA . PRVSEKATV . Reiteratur sacrificium secundum . ETRAMA . SPANTI, pro *secundo Fulgure* TVVA . TEFRA . idque *iterum faciendum* per *Poemonem Publicum*, quem latine diceremus *Pomonem*, quae vox magnam habet consonantiam cum *Lucumone*, qui in singulis XII. Etruriae urbibus imperabat. Officium *Lucumonis* erat *Augustus* annuum, quia in annum conferebatur ea dignitas. *Poemon* vero *Iguvinorum* a regimine dictus erat, sed dictatoriae conditioni. Hic observandum est dignitatem hanc ignotam esse in antecedentibus Tabulis, in quibus pro supremo Magistratu nobis occurrunt *Kuestur*, & nos in suspicionem inducunt inter utrumque tempus, quo stare, & hanc praecisam cum frequenti subsidia fuit, mutatum fuisse statum Reipublicae nostrae. Concurrit etiam diversitas characterum, nam posteriores illae duo Tabulae litteras aliquas habent ad Latinam accedentes, ut *d* pro *t*, & *g* pro *k*, quae in superioribus Etruscis Tabulis minime inveniet.

II.

EX JUNGNALI SACRA MENSA HERCULANENSIUM.

[illegible]

[illegible]

Hoc est:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

III.

EX HYPOGAEO PERUSINO.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Hoc est: [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] .... [illegible]

I V.

SIGNUM AENEUM PUERI REPERTUM IN AGRO TARQUINIENSI ANNO [illegible].



[illegible]

Hoc est

. . . . . . VIS : VELVRI :

. . . . . . IS : SELVANSL :

. . . ER : OVER : TVVTHLI

. . . . . . CLAN.

ELEN-

E L E N C H U S

VOCUM HEBRAICARUM EX QUIBUS ETRUSCA ET EX HIS LATINA VERBA PROFECTA SUNT (*).

א

אבא *Abba* avus.
אביון *Ebion* egenus.
עדן *Eden* ardor; * Sed potius hinc est *Haed* voluptas. *
אהלות *Ahaloth* aloe.
* אויר *Aer* aer, ἀήρ.
אור *Ur* ortus, oriens.
אזן *Osen* auris, οὖς. * Alexius Symmachus Mazochius Tabul. Heraclien. Par. II. pag. 327. etiam audio hinc derivat, quod a Hebr. in ana Syria, Phoenicibus, & Tyrrhenis verteretur. *
* אכר *Hacar* arator, ager, ἀγρός. Vid. Joh. Baptistam Passerium Epist. Roncalien. XIV. To. XXVI. Collect. I. Calogerianae opuscul. pag. 377.
אם *Ama* mater.
אגר *Arar* agger.
אצל *Axil* axilla.
ארג *Eregh* aranea.
ארי *Ari* aries.
* ארן *Aron* (excelsus, clarus, &c.) ara. Passer. Epist. Roncalien. X. To. XXIII. Collect. ejusdem pag. 132.
ארן *Oren* ornus.
אש *As* ustus.

ב

בית *Bai* bos, βοῦς.
בטן *Bata* bytus, βυτίνη.
בית *Bad* bacca.
בלה *Bala* (attrivit, quod & depauperari significat) vilis. Mazoch. *Tabul. Heracl.* Par. I. pag. 238.
בלע *Balangh* (absorpsit, deglutivit, &c.) balaena.
* בעל *Bagnal* (dominus), Belam, Belenus, Belus, Abellio; nomina Idolorum.

בעלים *Bagnalim* Tuscanorum dii; Jud. 2. 11.
* בקר *Bagar* bovis, bardus.
בקרים *Bacarim* pecora.

ג

גבן *Gibben* gibbosus.
גבר *Gabber* gubernio.
* גדר *Gader* (sepium) Gadira insula Hispaniae Boeticae.
גמל *Gamal* camelus.
גרש ירחים *Geres ierachim* (excussum laborum, idest fructus, quos quoque luna producit, Deuter. 33. 14.) Ceres.

ד

דור *Dor* doro.
דל *Dabal* debilis.
דרכמון *Darchmon* drachma.

ה

* הין *Hin* hemina, mensura liquidorum.
הילל *Helil* ululo.
הון *Hon* honor. Hinc Owenus Epigramm. Lib. 1. Epig. 16.
Diabolus, & apes hen lingua Hebraea notavit;
Gallica quis aurum or, undique venit honor.
חושב *Hoseb* hospitium.
* הרכל *Harchal* (negotiator) Hercules. Alii ab
* הרך *Harac* (ardere) quod Herculem haberent pro Sole, qui teste a Nonno Dionysiac. Lib. XL. ἄστρων ... ignis dictus. Hoc etiam adnotavimus in Tomo I. *Monumentor. Maccharitarum* Class. IV. Tab. XLII. pag. 42. Communicatum a Viro Cl. *Simone* Magistrio Oratorii Romani Presbytero in *Apolog. de LXX.* ... Dissert. V § LV. pag. 199. Herculem interpretatur ארך רגלים ...

(*) Voces has ab clarissimo J. ... collectas fuisse, ... quae sequuntur ... & ... Addidit ... a nobis sunt.

Ηρακλῆς, nempe cetat: lex, omnino ad robur accommodatum, proponitur. Riderent si putro hujusmodi commento, quibus frigent crebrò commenta, quorsque piget nimis incertas conjecturi cudere obtruderet.

* חרם Haran (ἄλυσις) Ἄρης Mars, addita a Latinis initiali littera M. Vid. Passerium Paralipom. in Etrur. regal. Dempsterii pag. 279.

ז

זרע Zerangh serere.

ח

* חוה Hheva Eva, ευα, bene vivendi augurium; Eva enim ab חיה vixit, quia mater omnium viventium.

* חבר Chaber castrum. Passer. Epist. Roncal. XIV. To. XXVI. Collect. P. Calogerr. pag. 279.

* חרים, vel חורים Chorim, vel Corim κούρητες, principes, potentes, & hinc Curetes sacerdotes Cybeles, & Curis, seu Curitis Juno ipsa, sic dicta a ferendis hastis, quae lingua Sabinorum curis dicitur. Vid. Passer. Epist. Roncallem XV. To. XXVII. ejusdem Collect. pag. 242.

ט

טמא Tama Tamino, a quo contamino.

י

ימים Jam (dies) iam.

כ

כברה Cebhara cribrum.

כד Cadh cadus.

כלם Calam calumniari.

כמון Common cyminum.

כרכום Carcus crocum.

כרפס Carpas carbasus.

ל

לביא Lebi leo.

* לג Lag lagena.

* לחם Lecham (pugnavit), לוחם Lachamo Latumo, deus, virgo praecipuus inter Etruscos. Vid. Scipion. Maffeium Observat. Litterar. To. VI. pag. 172.

At laudatus Simon Magistrius in Apolog. de LXX. virali versione Dissert. V. §. LXV. pag. 402. non dubitavit Lacumonis etymon a voce الحكم Elacam judex derivare, quae etiam nunc in Oriente apud Arabes, Turcas, & Persas usurpatur, ut Lucumo idem esse clam esse, ac Sufferum, dici possit.

לוט Lat latere, unde Latium.

לט Lat latebrae.

לקק Lakak lingere.

מ

מים Mar mostum.

מות Moth mori.

מכונה Mechona machina.

מסה Mosa massa.

מטיל Metil metallum.

* מכר Macar (mercari, vendere) Mercurius mercatorum praeses.

* מגלה Magla caula.

* מנחה Minchah mintea.

מעל Magnal malum.

מרר Marar amarum esse.

* משורה Mesura mensura.

נ

נבל Nabhal nebula.

* נהג Nahg ago, ἄγω, idest duco.

נוט Nat natare.

נבת Nava necto, nectare.

נרד Nard nardus.

ס

* סאה Seah satum, σάτον, mensura aridorum.

סבכא Sabbecha sambuca.

סדין Sadhin sindon.

* סלח Salah silere, quietem facio. Vid. Marcochium Spicileg. Biblic. To. II. pag. 276.

סמל Semel simulacrum, simulando.

סנדל Sandal sandalum.

סתר Sathar (latere) Saturnus. * At laudatus Passerius in Lexico Aegyptio apud Ant. Franc. Gorium in Symbol. Litterar. To. IV. derivat vocem Saturnus a סתר Sethar dominus, vel זרע Zerangh serere, quod sit omnium Deo-

rum

tum fateor. At Jo. Marocchius in Cl. = Thes. Calamar. pag. 134. Sam... deducit a שער עז Saar quasi hominem ... qui dolores corpori infert, & calamitates, unde dicuntur gravitas perdita, ... qui mulieri ... , ... crudelis, ... male ..., & frequenter, quae ex Oppiano ... & Nonno collegit Marocchius. Apud Graecos ... & apud Latinos gravis, & malificus audit, ut hinc apud Macrobium in Somn. Scipion. Lib. I. cap. 19. ex Ptolemaeo, & alii Saturni Stella prae aliis maleficus existimetur. Caeterum laudatus Marocchius Tabul. Heracleen. Par. I. pag. 88., & Spicil. Bibl. To. I. pag. 236. ait esse a סבור Sabor, idem ac occultatum, ... licet ... Matthaeus in ... de voce Tityrus pag. 36. Marocchium impugnare conetur, neque ... Non hoc tamen ... viri, ... existimationi, vel laudibus quidquam detractum volumus. *

ע

עברי Gnibhri Hebraeus.
עולם Gnolam (Loculum) olim.
* עורב Gnoreb corvus.
* עורף Gnoreph cervix, a praeposito, ad illa unde cauda. Vid. ... v. Cervical.
* עפרה Hevrah, vel Gnevrach ... cujus mentio in Libro Numerorum, & a qua Etruscos derivat laudatus Massajus Observ. Literar. To. VI. pag. 166.
עגל Gnagel vitulus.
ערבון Gnarabon arrhabo, ἀρραβών, pars ..., quae ... vulgo caparra. Vide, quae nos adnotavimus ad Tit. XXVII. Legis Romanae ... pag. ...
* ערבי Gnarabi Arabs.
* ערץ Gnaz (... esse) ..., vel ..., scilicet Latio ... Scriptura.

פ

פגר Piger piger.
פגן Pagh ... Punica.
* פות Par ..., ... muliebre.
* פיל Pil elephas, ἐλέφας, licentia transposita pro ἔλεφας, vel ...
פלגש Pillegesh pellex, παλλακή.
* פנה Pine (summitas) pinna, pinnaculum. Vid. laudatum Paciaudium Epist. ... XIV. To. XXVI. ... Collect. pag. 189.
פסח Pesach ..., πάσχα.
פסנטרין Psanterin Psalterium.
פקר Pagnar ...
פרא Pere fera.
פרד Pered pars.
פרדס Pardes Paradisus. * Vid. laud. Marocchium Spicil. Bibl. To. I. pag. 32., & seq. adnot. (1) *
* פרוים Parvaim Peru.
פרק Perak parco.

צ

צפור Tsippor passer.

ק

קהל Kahal collegium.
קלמוס Kalmus calamus.
קלה Kala calere.
קנה Kane canna.
קנמון Cinnamon cinnamomum.
קרן Keren cornu, κέρας.
קתרוס Kathros cythara.

ר

* ראש Rosh (caput) Rasena apud Dionysium Halicarnass., caput atque ..., ... Etruscorum. Vid. laud. Massajum Observ. Litterar. To. VI. pag. 166.
* רבא Rava (princeps, proceres) Rabbinus.
רבה Rabba (augeri, multiplicari) rabula.
רנה Rana (cantus) rana.
* רפאים Rafaim ..., scilicet ... plagore.
רקח Rokah rostare.

ש

שבש Sebes ...
שדה Sade ...
שוט Scut Scutica.

שבך *Sabanga* facci.
שור, vel בור *Sur* fons.
* שפר *Shefar* (Isebelianum) fcetra, ramulus, & italice *sferza*.
שמן *Semen* (oleum) lumen.
* שפט *Sophetim* (judex) Suffes, magistratus Carthaginensium.
* שק *Sak* saccus, σάκκος. Hanc vox ex confusione linguarum in omnibus linguis permansit, mutata tamen terminatione pro diversitate linguarum, Vide Joh. Leusdenium in suis notis philologicis ad januam pag. 166.
סרקות *Serikoth* serica.

ת

תבל קין *Tubal cain* Vulcanus.
תור *Tor* Chaldaice (bos) taurus. * Vid. Vossium in Etymolog. *
תור *Tor* terminus.
תחש *Tahas* taxus.

LEXICON
VOCUM ETRUSCARUM
Quae vel ex antiquis Scriptoribus, vel ex Monumentis supersunt (1).

A

* ACHIr, vel *Achle*, Achilles. In Patera Etrusca quae apud Thomam Jenkinsum Anglum Romae commoratum, quae exprimit Achillis & Herculis fatum [illegible] a Jove, ut fert Homeri narratio (Iliad. X. v. 210), vel a Mercurio, ut [illegible] hele prodidit, [illegible], vel alteram [illegible], in qua Achilles [illegible] adparet sub humana imaginecula, animae instar, legitur eius *Achle*. Vid. apud Cl. Joh. Winckelmannum (*Monument. antichi inediti*) Vol. I. num. 133., & Vol. II. Part. II. cap. XIV. pag. 174. In Gemma, quae Etrusca apud Gorium (*Mus. Etrusc.*) Tab. CXCVIII. n. 4. [illegible] *Achle* inscribitur; quam [illegible] ex Maffeio Scipione Magistrato [illegible] [illegible] (*Apolog. de LXX. [illegible]*) Dissert. V. pag. 159., ubi Hebraicum nomen adducere non dubitat.

Adhernabor, [illegible] Urbis in medio Etruriae. Refert Titus Livius Lib. X., Coss. Q. Fabium circa V. C. [illegible] bello contra Etruscos [illegible] ad oppidum *Adhernabor* [illegible]. Ita nempe Sigonius in plerisque Codicibus se invenisse adfirmat. Gorius tamen (*Mus. Etrusc.*) pag. 72. legendum contendit ad *Arnum*, quod Scilicet improbat Maffejus.

Aesar, vel *Esar*, Deus, Θεὸς. Suetonius in Aug. cap. 97., & Dion Lib. XXXVI. pag. 519. *Esar* in Tabula I. Eugubina apud Passerium lin. 37. Juppiter, sive Mars dicitur. Vid. sequens Lexicon hac voce.

Agl, Dii. Hesychius: Ἀγοί, θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν.

Agalletor, Puer, παῖς. Hesychius: Ἀγαλλήτορα, παῖδα. Τυῤῥηνοί.

Albula, cognomen gentis Servilian, quod sipla Etruscae potius, quam Latinae linguae [illegible]. Ex *Alba* oppido Etruriae provinciae [illegible] Romam [illegible], ut proinde Etruscae originis [illegible] potuerit. *Cajus* fuit [illegible] Servilianus cognomen alterum, quod *avil*.

(1) Ex Cl. Marchione Scipione Maffeio To. VI. Observation. Litterar. pag. 5.. & seqq. [illegible] & [illegible] [illegible] ad hoc Lexicon a nobis, addita & [illegible], quae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible], quae nobis [illegible] [illegible] [illegible], quaeque [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ex Thomae Dempstero Etruria regali Tab. Lib. I. Cap. XX. pag. 18. & [illegible] [illegible], quae ad [illegible], vel ad [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] pag. [illegible], & quae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

antiquas sonabat veteri Latiali idiomate, quodque Varro *de L. L.* Lib. VI. conclusi habitam vocem fuisse, ex eo nempe lingua, *quae ofque radices in ejusdem linguam egit*.

* *Amphilare*, Amphiarai. In Carneola Stoschiana insculpta formam gemmae (quae olim erat Musei Andreini Perusiae, nunc Berolinensis) conmuntur quinque illatores ex Septem ab bellum Thebanum profectis, quorum nomina Etrusce exarantur, & inter hos legitur nominatum *Amphilare*. Hanc Gemmam celebrem est Scriptis clarorum virorum Gorii, Gattuccolli, Amaduzii, aliorumque.

Andas, Boream. Hesychius: Ἄνδας; Βορέας ὑπὸ Τυρρηνῶν. In eodem Lexico legitur Ἄνται, ἄνεμοι, venti, quae vox Etrusca pariter haberi debet.

Anio, Fluvius celebris, & notissimus ex Prisciani sententia, vulgo *Teverone*.

Antar, Aquila. Hesychius: Ἄνταρ; ἀετὸς ὑπὸ Τυρρηνῶν.

Antemnae, Urbs Etruriae. Haec juxta Catonem in Originibus apud Priscianum Lib. VI. *antiquior est, quam Roma*.

Anxur. *Anxur fuit, quae nunc Terracinae sunt*, inquit Livius in suo Libro IV. *Terracina, oppidum lingua Volscorum Anxur dictum*, teste Plinio Lib. III. cap. 5. Servius Volscos inter Etruscos recensuit.

* *Aplu*, vel *Apul*, vel *Aplun*, Apollo. In insculpta Gemma Jerkiniana, & in altera Musei Kircheriani apud Dempsterum Tab. III., & IV.

* *Aplud*, Panis furfurens. A. Gellius (*Noct. Attic.*) Lib. XI. cap. 7: *Ille*, inquit, *Apud Romanos apludam edit, & flocos bibit . . . . Sed deinde, quasi nescire quid Tusci, aut Gallice dixisse, universi riserunt*. Vid. Nonium Marcellum hac voce.

* *Apulo*, Aquam colligere. Varro in voc. Quinquatribus: *At hoc patre addiare in Tusci, aquilex*. Vid. Non. Marcellum hac voce.

Aracos, Accipiter. Hesychius: Ἄρακος, ἱέραξ. Τυρρηνοί.

Arimnus, nomen antiqui Etruriae regis, de quo Pausanias Eliacor. I., & nos superius in Alphabeto §. IV.

Arimi, Simiae, πίθηκοι. Strabo Lib. XIII. pag. 929., ubi de populis *Arimis*, sic Simias hoc nomine ab Etruscis appellatas fuisse.

Arnus, celebris Etruscorum fluvius, qui forte primigenio voce *Arn* dictus fuit.

Arse verse, averte ignem, teste Verrio Flacco apud Festum. Has voces inter dubias Maffeius enumerat, quod Dacierius Alvini auctoritate fultus id improbaverit, & quod Latini idiomatis indolem sapere videantur, sermonisque potius idiotismum popularis Romanorum.

Artena, Urbs Volscorum, cujus Livius meminit in suo Lib. IV., ubi homonymam alteram in media Etruria positam monstrat. Ait enim: *ejusdem nominis urbs inter Caere, atque Veios fuit*. Hanc vocem Etruscam originis puto, & apud Volscos Etruscam linguam obtinuisse adverto.

Aruns, nomen inter Etruscos celebris, uti *Tyrrh.* videntur, illaque hujusmodi.

* *Asia*, vel *Assium*, Civitas Etruriae, nunc *Castel d'Asso*. Stephanus *de Urbibus* vocat Ἄσιον πόλιν Τυρρηνίας.

Atysa, Atriolarum, arborum, [illegible] Hesychius: [illegible].

* *Atlenrcie Tiphial*, nomen Tripodis in Bigulium Etrusca, in Museo Veronensi collectam, quam a Gorio addenda fuerat (*Mus. Etrusc.*) To. II. Tab. CXXXVIII., & in qua leguntur: *sacrati nomenis Atlenrcie Tiphial*. Maffeius To. II. Observat. Literar. pag. 145. ita censet. Nos etiam addere in Appendice, quam paramus, ad Catalogum veterum Artificum Etruscorum Juni.

* *Atrosia*, Adrastus, unus ex VII. Thebanis Heroibus. In insculpta Gemma Stoschiana, ubi hoc nomen [illegible]

rerum est appensa *Atrestle*, ut notavimus etiam superius in Alphabeto §. VII.

Arua, Dies festus erat. Varro ait, a Tusculanis quoddam dies dictus *palamparem*, *sicatras*, *[illegible]*. Mussius habet inter voces incertas, quod Tusculum in Latio esset, quamquam Dionysius Halicarnass. Lib. X. pag. 646. hujusmodi vocabuli τοῦ *Auxilias* [illegible] *Calleoreani gentis*, et primissimam Tusculanorum, & Philisteorum esse dicem.

Aukelas, Aurora. Hesychius: Ἀυκέλως, [illegible].

Aufar, vel, ut alii scribunt, *Aufer* fluvius Lucensium, quod vulgo *Serchio* dicitur.

B

* *Baulevclus*, Tegetes *discipulus*. Vid. Dempsterum (*Etrur. regal.*) III. 2., & Gorium (*Mus. Etrusc.*) To. I. Tab. XV.

Balteus. Charisius refert, *[illegible]* Varronem Lib. XVIII. Rerum humanar., hanc vocem ab Etruria profectam. Mussius habet inter incertas.

* *Bidental*, Locus, in quo ex Augurum Etruscorum ritu condebantur reliquiae fulminum cum sacrificio, & bimo ovis capite, ut fulmina, quae in palatiis, templisque de caelo lapsa fieri arbitrabantur, averterentur. Terminatio al, quam Etruscorum propriam in Alphabeto §. XI, & XII. ostendi mus, & ritus expiationis hujusmodi apud Etruscos celebris vocem hanc Etruscae originis esse demonstrat. Hinc Bidentalibus e terra erutis inscriptum saepe reperitur FVLGVR . DIVM. Vid. Dissert. V. Tom. V. Actorum Academiae Cortonensis. Vid. A. Gellium Lib. XVI. cap. 6., qui & fures, & ovem, & animal quodcumque caedendum, & immolandum Bidentem vocasse veteres obferuat.

* *Bygoïs*, Nympha, quae artem fulguritum Etruscos docuit. Servius Lib. VI. Vid. Dempster. (*Etrur. regal.*) III. 3., & Gorium (*Mus. Etrusc.*) Tom. I. Tab. XV.

Byrrus, Crater. Hesychius: Βύῤῥος, κύλιξ [illegible]. Vox plane diversa *Birrus* fuit, quae vestis genus significat. Nulla utriusque vocis mentio apud Lucretium Reylium, qui de re vestiaria, & de vasculorum materia, ac varietate tractatus edidit.

C

Cadil. Minister Deorum. Vid. infer. voc. *Camillus*.

Caere, Urbs Etrusca, quae, teste Dionysio Halicarnass. Lib. III. pag. 153., *Agylla* dicta est, dum a Pelasgis obtinebatur. Utraque utriusque vocis, ex qua linguarum diversitas innotescit, scribemus esse potuit.

M. Calantia, nomen artificis, qui aeneum quadrupedis signum conflavit, quod habet Tullianum Medicaeum, quodque apud Dempsterum occurrit in *Etruria regali* To. I. pag. 91. Tab. XXIII. Etruscis elementis nomen hoc exprimitur sic: [illegible] *M. Calantia*, De quo nos varia egimus in Appendice ad Catalogum veterum artificum Atticum, a Francisco Junio elaboratum, quae prelum exspectat.

Camars, *Clusium*, quod *Camars* olim appellabant, teste Livio circa dimidium Lib. X.

Camillus, Mercurius, & Minister Deorum. Macrobius Saturn. Lib. III. cap. 8. *Statius Tullianus de vocabulis rerum lib. I. ait*, *dixisse Callimachum*, *Tuscos Camillum appellare Mercurium*, *quo vocabulo significant praeministrum Deorum*. Idem etiam habetur apud Servium ad Lib. XI. Aeneid. pag. 545. Mussius tamen hanc vocem Latinam fuisse credit, quae, teste Plutarcho, & Varrone, etiam apud Graecos invaluerit. In mysteriis Samothracum quidam Deus minister *Casmilus* dicitur. Ceterum Dionysius Halicarnass. Lib. II. pag. 91. hujusmodi ministros etrusco *Cadulos*, non Camillos vocatos tradit.

* *Capital*, poena capitis. Terminatio al Etru-

Etruscae linguae propria, ut supra monuimus. In XII. Tabulis frequens vox est, quae apud veteres Romanos ex consuetudine cum Etruscis usum forte obtinuit. Hanc vocem adnotavit etiam Cl. Guarnaccius (*Orig. Italich.*) To. II. Lib. V. Cap. I. pag. 61.

Capra, Hesychius: Κάπρα, αἴξ. Τυῤῥηνοί. Massejus ponit inter dubias voces, quod Festus capram a *carpendo* dictam velit, ac *crapa* idcirco etiam a veteribus Latinis vocata fuerit. Tum Tyrrhenorum nomine forte Italos, vel Latinos ab Hesychio heic intellectos conjicit.

Capuae, Falcones, idest qui pedum pollices, teste Festo, incurvatos habent, & gens, auctore Servio loco supra citato, *Tusci Capuas vocarunt*.

Capus, vel *Capys*, Falco, Ἱέραξ. Servius ad Lib. X. Aeneid. v. 145. de Capuae origine verba faciens ait: *Hic Falconis pagusie, qui Tusca lingua Capys dicitur*. Verum haec incerta. Plinius contra Lib. III. cap. 5. ait: *Capua ab campo dicta*, & Livius Lib. IV. *a campestri agro vocabulum vocatam ansiset*.

Casca, cognomen gentis Serviliae. Vid. voc. *Ahala*.

Cascus, *Senex Oscorum lingua* (quae homologa cum Etrusca) ex Festi fide.

Cassis, Galea, Isidoro Etrusca vox est. Massejus habet inter dubias.

Castula, Urbs Etruriae superioris, cujus meminit Diodorus Lib. XX. pag. 773.

* *Castur*, Castor. Ita semper οὔτως Castur legitur supra Castoris figuram in Tabula VII. apud Dempsterum.

Celer, si Tuetzi fides praebeatur, vox Latina fuit ex Etrusco nomine usque a Romuli aetate.

* *Cerinus* Πηρεκοφύλαξ. Forte Etruscae originis ex terminatione in *al*. Vid. super. voc. [illegible].

* Clan, Natus, Filius. Hoc Tegulis Brocchianis superius ostendimus in *Alph.* §. XII.

* *Compital*, Ludus Compitalitius. Compitalia siquidem ab Etruscis in Latam homerem solemni ritu celebrata in Romanos migrarunt. Terminatio al ad Etruscos pertinet. Hanc vocem Cl. Guarnaccius adnotavit loc. cit. Vol. II. Lib. V. Cap. I. pag. 61.

Contenebra, sive *Cor-Etenebra*, seu *Cortenebra*, Urbs Tarquiniorum, cujus meminit Livius Lib. VI.

Cortusa, sive *Cort-ussa*, seu *Cortuosa* Urbs altera Tarquiniensium apud Livium loc. cit. Vid. utrumque nomen aliter enarratum apud Marianium de *Etruria Metropoli* Cap. VII. pag. 45., & apud Cl. Guarnaccium loc. cit. pag. 62.

Cremera, Fluvius celebris apud veteres Historicos.

* *Croton*, Urbs Tyrrhenica apud Dionys. Halicarnass. Lib. I. pag. 22. Ex Dempstero.

* *Cuer*, *Dono*, ἀνέθηκε. Id ex Sigeli aenei pusilli Tarquiniensis Epigraphe superius adducta adnotavimus §. XII. Vid. Monumentum IV.

Cupra, Juno. Strabo auctor est Lib. V. pag. 163. prope Firmum in Piceno fuisse Templum Deae Cuprae, quod construxerunt, & obtinuerant Etrusci, qui eas Ἥραν... καλοῦσι *Junonem*... *Cupram vocant*. Vid. infer. voc. *Esis*, *Laran*, & *Thaur*.

Curis, & *Quiris*, Hasta. Voces Sabinae ex Festi fide. In Urna Guarnacciana (*Orig. Ital.*) To. II. Lib. V. Cap. I. pag. 60. Tab. VI. legitur [illegible], *Curlal*, hastarum. Vid. super. Elench. voc. Hetr. v. [illegible].

Curvinus, non apud Hesychium sine significatione. Quare Massejus legendum putat κυρία ἄνα, vel κυρί ἄνα, *mala Cursim*, vetus proverbium.

D

Damnus, Equus. Hesychius: Δάμνος, ἵππος. Τυῤῥηνοί.

Debebris, Regulus Veientium, quo na-

mine ab Etruria petito Tiberim quoetiam appellatum fuisse, quidam credunt, teste Varrone de L. L. Lib. IV. Vid. infer. voc. *Thebris*.

Druna, Principatus, vel principium. Hesychius: Δρούνα, ἀρχὴ ὑπὸ Τυρρηνῶν.

E

* *Embratur*, Imperator. In tribus argenteis Samnitum Nummismatibus ad Caium Mutilum pertinentibus, quae superius in Alphabeto §. III. illustravimus, hoc nomen utrumque *Embratur*, vel *Emperatur* legitur.

Eris, Juno, Ἥρα. Ita nempe legitur supra figuram muliebrem, insculptam Paterae secundae apud Dempsterum in Etruria regali, quam Junonem censent nonnulli. Sed cum ea *Cupra*, ut superius innuimus, dicta fuerit, cum hic juncta sit Herculi, cum quo nihil unquam commune habuit, cumque nulla altera ipsius dignitatem appareat, Massaeus idcirco de hac voce multum addubitat. Ceterum Cl. Passerius ita eidem adhaesit, et nomen hoc Herculi quo nimirum, quod legitur in Sacra Mensa Herculanensium superius adducta Monumento II., Junonalis redidderit. Vid. infr. voc. *Loran*, & *Thane*, & super. voc. *Cupra*.

Esar, Deus. Vid. superius in voc. *Aesar*.

Evkle. In laudata non Patera Dempsteriana hanc vox occurrit, inscripta figurae muliebri adloquenti Herculem, quam alii Nemesim, alii Victoriam, alii Aeternitatem censuerunt. Massaeus licet Victoriae faveret, tamen vocem hanc inter incertas locavit.

Etrusca. Servius ad Aeneid. Lib. II. v. 164. *Etrusca dicenda est ab Etrusco Tribulo*.

* *Evas*, Hector. Hoc nomen etrusco more inscribitur Hectori in laudata Jenkinsiana Patera, ubi Achillis, & Hectoris fatum lance a Jove ponderatur. Vid. voc. *Achele*, & *Apla*.

F

* *Fagutal*, Sacrificium, quod olim fiebat Romae in Colle Viminali, ut memoriae prodidit Antistius Labeo. Terminatio in *al* Etruscorum propria.

Falando, Caelum, supremum. Festus lib. VI. *Falae* (turres nempe militares excelsae) *a falando, quod apud Etruscos significat Caelum*.

Farfarus, Fluvius Sabinorum Etruscis adjacentium, qui antequam ab Ovidio Latinus fieret, *Farfar* fortasse dictus est, ut fluvius alter Damasci Lib. IV. Regum hoc nomine appellabatur. Forte Farfarus idem, ac *Fabaris Sabinorum* a Vibio Sequestro citatus.

Falisca, Rhomis, quam ita etrusce dictam refertur Plinius.

* *Fufluls*, Urbs Etrusca, cujus nomen in Nummo argenteo sic exprimitur novum *Fufluls*, quamque ab aliis Faefulae, ab aliis Poloriam, ab aliis Populonia, vel Poludonia, ac ab aliis tandem Pliniae in agro Calatino censetur, ut supra in Alphabeto §. III. adnotavimus.

* *Fiutr*, Vinum crudum, & fortidum. A. Gellius (*Noct. Attic.*) Lib. XI. cap. 7. Vid. superius in voce *Apinda*.

Fratrer, Vulgarimur. Ita nempe legitur in bilingui Pisaurensi Inscriptione, Etrusca nempe, & Latina, quam in Alphabeto adduximus §. IX.

G

Gapos, Currus, vehiculum. Hesychius: Κάπος, ὄχημα. Τυῤῥηνοί.

H

* *Helivana*, gens Lydiae existentis apud Festum Lib. VIII. Adduxit Dempsterus.

* *Herkle*, Hercules. Ejus nomen atque *Herkle* Etruscis elementis expressum certi-

nitur apud Dempsterum Tab. II., & VI.

* *Hermu*, Mercurius, Ἑρμῆς. In Tab. V. apud Dempsterum legitur tantum *Herme*. Gorius in Praefatione ad Alphab. Etrusc. defensionem pag. CLXXXIII. hoc nomen Perseo tribuit.

Hirpus, Lupus. Strabo Lib. V. pag. 250. Ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον. *Hirpum enim vocant Samnites lupum*. Sabinos habet Servius, quibus forte haec vox communis fuit; & a quibus Samnites profecti sunt, quorum regiones diu Etrusci tenuerunt.

Hister, Comoedus, Ludio, ὑποκριτής, vel ὀρχηστής. Livius idem Lib. VII: *Vernaculis artificibus, quia Hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum.*

* *Hyrina*, Hyria Urbs, quae pertinet ad Ὑρίαν Herodoti, quae Straboni, & aliis Οὐρία; & hodiedum Oria vocatur, Episcopali insede gaudens, ex feudo Principis Francavillae in Regno Neapolitano. Complures Etrusci nummi, ac praesertim argentei, eorum, quorum supra meminimus in Alphabeto §. III., legitur *Iurin*, vel aliter *Hurie* Hyrina.

I

* *Aunial*, Engubini. Notissima sunt Etrusca Numismata signata nomine *Ikuvini*, de quibus in Alphabeto nostro §. III.

Idis, vel *Iduis*, vel etiam *Itus*, Dies Iduum. Macrobius Saturn. Lib. I. cap. 15: *Iduum porro nomen a Tuscis, apud quos is dies Itis vocatur, sumptum est. Item autem illi interpretabantur Jovis fiduciam. At Varro: Idus ab eo, quod Tusci Itus, vel potius, quod Sabini Idus dicunt.*

Iduare, partiri, μερίζειν. Macrobius ibid: *Iduare Etrusca lingua dividere est.*

Idulis, Ovis. Macrobius ibid: *Sunt, qui aestimant, Idus ab ove Iduli dictas, quam hoc nomine vocant Tusci, & omnibus Idibus Jovi immolatur a Flamine.* Vide etiam Festum.

* *Italo*, Taurus. Apollodorus Lib. II. Bibliothec. Τυῤῥηνοὶ γὰρ ἰταλὸν τὸν ταῦρον ἐκάλεσαν. *Tyrrheni enim, quem Latini taurum vocant, italum dixerunt.* Varro de L. L. Lib. IV. veterem Graecam linguam reliquam dixit hanc vocem: *Vitulus, quem Graeci antiqui* Ἰταλὸν. Columella Lib. VI. censuit per prosthesin ex voce Ἰταλὸς factum τὸ *Vitulus*, addita nempe littera V.

L.

* *Larna*, Velia, ἀγορά. Nomen est militare. Vid. Festum Lib. X. Adde & Dempsterum.

Lanista, Carnifex. Ex Isidoro placet hanc vocem apud Etruscos fuisse. Maffeio dubia est. Ceterum Nicolaus Damascenus de Gladiatoribus Isidoro adhaerere videtur, cum ait: Οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ Τυῤῥηνῶν παρέλαβον τὸ ἔθος. *Romani ab Etruscis hunc morem acceperunt*; Nam unde res, inde & vox nomen ducere oportet. Fieri tamen potuit, ut non sono Tuscum hoc vocabulum fuerit, sed sola significatione, utpote ex Tyrrhenica lingua interpretando traductum. Vid. Alexium Symmachum Mazochium (*Tabul. Heraclien.*) Par. II. pag. 265., qui ex Digestis Legum Municipalium prope aeneum Monumentum Neapolitanum, quod est Heracleensi fragmento complementum, vocem Lanista ignotam *Lanistatura* proponit, idest ars *Lanistica*, quae vox pariter a *Lanista* derivata ex Petronii fragmento Traguriensi primum innotuit.

Lar, Nomen, & praenomen Etruscorum, quod a Latinis *Larium* redditum, fuisse superius innuimus in Alphabeto §. IX. Lar Herminius Aquilinus fuit Romae Consul anno V. C. 306., ut ex Livio patet III. 65., & ex Dionys. Halic. XI. 51. Vid. Tom. IV. Observat. Litterar. Maffei pag. 54.

Loran, Juno est Gorio (*Mus. Etrusc.*) To. I. pag. 113. Figura, cui hoc nomen Etrusce inscribitur, in Tab. IV. *Etrur. regal.* apud Dempsterum, muliebris visa est Maffeio; hunc vocem tamen inter dubias statuit, & Martem ipse potius commiscitur. Vid. inferius voc. *Capra*, *Erik*, & *Tluer*.

* *Latial*, Solemnitas feriarum Latinarum, & concilium in Albano monte, sive in Luco Ferentino. Ex Sigonio (*de antiquo Jur. Ital.*) Lib. I. pag. 20. Citante Guarnaccio (*Orig. Ital.*) To. II. Lib. V. Cap. I. pag. 61.

Lucar, Pecunia in spectacula theatralia erogata, Ἐράνων, quod ex τῷ *lucus* a veteribus vocabulis derivatur, parum verosimile videtur. Si *Hister* Etrusca vox est, forte & Lucar, histrionica nempe pecunia, ejusdem etiam sit originis. Vid. Maffeium voc. *Hister*.

* *Luceres*, Nomen tribus Romanae. Festus Lib. XVII. voce *Sex Vestae*: Civitas Romana in sex est distributa partes, in primos, secundosque Titienses, Rhamnes, Luceres. Ex Dempsterio.

Lucumo, Nomen proprium frequens inter Etruscos. Vid. To. IV. Observ. Litter. Maffeii pag. 54. Fuit & nomen dignitatis, quod vide in superiori Elencho vocum Hetruscarum in pag.

* *Lupercal*, Locus Romae Ludis in Panis honorem dicatus, *Spelunca* nempe sub monte Palatino, cui forte nomen ex Etrusca lingua gratia inditum fuit; etenim terminatio in *al* familiaris fuit Etruscis, ut saepe innuimus. Ex Guarnaccio loc. cit.

M

Mamers, Mars, Μαμέρτος apud Lycophronem vers. 938. Festus Oscam vocem ait, Varro Sabinam; Maffeius vero inter dubias ponit. Ex hoc *Mamertini*, Campani nempe, qui occupata Messana hoc nomen sibi indidere, quod etiam habetur in nonnullis nummis apud Havercampium (*Sill. Numismat.*) Tab. XXII. Vid. infer. in *Meddix* Inscriptionem Messanensem.

Manisia, vel *Monisia*, additamentum dicitur lingua Tusca, ut Festus Lib. XI. C. Caecilius in Satyra habet. Scaligero Latina nomine visa est; hinc Maffeio dubia.

Mantus, Dis Pater, Πλούτων, "*Hunc* Servius ad Lib. X. *Aeneid.* v. 198: *Etrusca lingua Mantum Ditem Patrem appellant*.

* *Mapalial*, Casa campestris. Hoc nomen legitur in Monumento Guarnacciano apud Gorium (*Mus. Etrusc.*) To. II. Tab. XII., qui tamen male legit *Papalial*, cum ibidem clare insculptum habeatur *mapalial*, ut Cl. Guarnaccius ipse prodidit (*Origin. Ital.*) To. II. Lib. V. Cap. I. pag. 60.

* *Marta*, Flumen, & Oppidum apud veteres Etruscos.

Mastarna, Nomen proprium VI. Regis Romanorum, qui Romae in aliud Servii Tullii nomen hoc commutavit, ut ex Claudii Imperatoris oratione in Senatu habita, quae adhuc Lugduni aere insculpta servatur, discere est. Eam refert Gruterius pag. 502., ubi nimirum haec leguntur: MONTEM. CAELIVM. OCCVPAVIT. ET. A. DVCE. SVO. CAELIO. ITA. APPELLITATVS. MVTATOQVE. NOMINE. NAM. TVSCE. MASTARNA. EI. NOMEN. ERAT. ITA. APPELLATVS. EST. Dempsterio visus est hoc nomine Caeliam ipsa nomen indicasse (*Etrur. regal.*) To. I. pag. 89.

Meddix, apud Oscos nomen Magistratus est, ex Festi fide. Hanc vocem habet etiam Lapis Messanensis, quem ex Gualtheria numer. 2., & ex Dominici Gallo Annalibus Messanen. Vol. I. pag. 16. refert Vir. Cl. Gabriel Castellius Princeps Turris Musiae in *Siciliae*, & *objacentium Insularum veterum Inscriptionum nova Collectione*, Class. V. num. XLV. pag. 52.; itque re-

le-

ceri Campano idiomate scriptam esse, recentis tamen Graecorum literis, quibus passim & Messanenses, & Siculorum reliqui utebantur, facile existimat. Quoniam & vox superius adducta, & alia inferius citanda in hac Inscriptione continentur, hanc ipsam adducere nunc praestat, quam etiam usurpandam sepoluimus pro Dissertatione, quam paravimus, *de Graecitate extra Graeciam variis temporibus usurpata, & exculta*. Haec ita se habet:

ΣΤΕΝΙΣ ΚΑΛΑΙΝΙΣ ΣΤΑΤΤΙ ΜΕΔ
ΜΑΡΑΣ ΠΟΜΠΙΔΑ ΠΙ ΕΣ ΠΥΜΠΕΙΣ ΚΕ
ΜΕΔΔΙΞΙΚ ΟΥΦΕΝΣ
ΕΙΝΕ ΙΜΑ ΤΟΣ ΤΟ ΜΑΜΕΡΤΙΝΟΝ
ΑΠΠΕΛΛΟΥΝ Η ΣΑ ΚΟΡΟΜ

Ennius etiam hanc vocem adhibet, cum ait:

Africa terribili tremuit horrida terra tumultu,
Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Hoc apud Livium Lib. XL., ubi de bello Punico, sic legitur in quodam exemplari MS., teste Marco Antonio Flaminio in prima *Annotationum libro* (quae, ut & altera adhuc anecdota est) Cap. VII: *Nec procul inde in citadella Marius Alphius Mediastuticus, qui summus magistratus erat Campanis*. In editis exemplaribus hic locus legitur: *Nec procul inde Marius Alphius, qui summus magistratus erat Campanis*, atque in aliis etiam paullo aliter: *Nec procul inde in vestibulo Marius Alphius aedile, qui tui summus magistratus erat Campanis*.

* *Meleker*, Meleager. Hoc nomen Etruscis exaratum accusativo *Meleacr* habes apud Gorium (*Mus. Etrusc.*) To. I. Tab. VII.

* *Menrva*, vel *Menrvva*, Minerva. Scilicet menrva, vel menrvan legitur in Tab. II., IV., V., & VI. *Musei Etrusci* apud Gorium.

* *Minerval*, Praemium magistro artium dari solitum, ut explicat Wasterus Lib. II. pag. 25., & 31. Vid. Cl. Guarnaccium loc. cit. pag. 51. Nota terminatio in *al* Etruscorum propria.

* *Mussis*, Mendo Maius. Festus Lib. XI. *Maesius lingua Osca mensis Maius*.

N

Nanos, Vagans, errans, πλανήτης. Tzetzes ad Lycophronis Cassandram pag. 183. ubi verbum hanc iniuatur.

Νάνος πλανοῖς τὰ πάντα ἐξερευνήσας μυχὸν.

Nanus, qui oberrans, omnem vidit angulum, sic ita a suo errore Ulyssem vocatum fuisse a Tyrrhenis. Vid. infer. voc. Ulixe.

Nar, Fluvius, qui Narniam alluit.

* *Nastinsal*, Pusillorem esse. Festus Lib. XII. Ex Dempstero.

Nepos, Prodigus, obligatus. Festus Lib. XIV. Hoc sensu etiam a Romanis adhibita haec vox. Cicero Catilinar. II: *Qui ganeo, qui nepos &c.*

* *Neptunus*, Deus maris. Scaliger ad M. Varronem. Ex Dempstero.

Nortia, *Dea Etrusca*, ut a Tito Livio Dec. I. Lib. VII. dicitur, cui templum erat Vulsinii, cujus vestigia aere incisa adduxit Andreas Adamius (*Storia di Volsena*) Vol. I. Lib. I. art. VII. pag. 78. Tertullianus est peculiare Vulsiniensium Numen. In veteri Inscriptione apud Adamium ipsum loc. cit. pag. 77., apud Sponium (*Miscell. erud. antiq.*) pag. 99., & apud Fabrettum Cap. X. pag. 742., unde migravit inter Carmina a Burmanno collecta, & in Anthologiam Paschalis Amatii (*Collect. Pisaur. omnium Poemat.*) Tom. IV. Epig. LXVI. pag. 413., leguntur hic versus:

NORTIA. TE. VENEROR. LARE.
CRETVS . VVLSINIENSI

Martianus Capella in *Nuptiis Philologiae*, & Juvenalis Scholiastes hanc Fortunam fuisse censent. Scilicet Juvenalis Sat. X. v. 75. ait: *Si Nortia Tusco favisset*, Sejano scilicet Claudii Imp. amico.

O

Oclnar, Nomen viris Etrusci. Plin. Lib. XXVIII. Cap. 21 *Olenus Calenus Etruriae celeberrimus vates*.

Ofa, Flavii nomen, in Telamonem influentis apud Etruscos; cui nomen etiam Rivi in agro Romano influentis in Anienem. Vid. Maffeium in *Graevero*.

P

* *Parthanap*, Parthenopeus, unus ex VII. Thebanis Ducibus. In laudata superius Gemma Stoschiana hoc nomen *Parthanape* enuntiatum est [illegible], ut habet Gorianius, sive [illegible], ut Winckelmannus. Vid. quod superius adnotavimus in Alphabeto §. VII.

* *Pele*, Peleus. In Gemma scarabeii formam gerente apud Christianum Dehnium spectatur Peleus capillos tondens suos (licet verisset eos tondere Achilli ejus filio, si incolumis ab Ilio reverteretur) cum epigraphe etrusca expressa voce *Pele*. Adfert Winckelmannius (*Monum. antichi inediti*) Vol. I. num. 125., illustrat vero Vol. II. Cap. VII. pag. 167. Similem habet Julianus Gorghinius Ariminensis, & Jctus, & cognitionibus amplissimi Praesulis Emerici Bolognini. Aliam etiam sibi expressam, & enarratam videre licet apud Caylusium (*Recueil d'antiquités &c.*) Tom. VII. Tab. XXIII., qui in ea Peleum capillos lavantem haberi adserit.

* *Perse*, *Perseus*. In Gemma Baronis Stoschii cernitur Perseus gestans caput Medusae truncatum, sed formosum, non horridum, una cum falce, & Etrusca epigraphe [illegible] *Perse*, literis parum absimilibus ab iis, quae in aereis monumentis reperiuntur. Refert Winckelmannius loc. cit. num. 84., illustrat vero loc. cit. Cap. III. pag. 112. Reginaldus Sellarius, Cortonensis Etruscae Academiae a secretis, in domestica Dactyliotheca Scarabaeum adservat ex Sardi, in quo exprimitur Perseus in expeditione ad caedem Gorgonis, huic ipsa adposita epigraphe [illegible]. Repertum est Cortonae in agro Pecciano XVIII. Kal. Decemb. ann. CIↃIↃCCLXVIII., & aere incisum est cura possessoris. Typus, & epigraphes literae paullulum diversae in utraque Gemma.

* *Prasle*, Persius. In Inscriptione, quam supra adduximus in Alphabeto §. IV. Maffeius protrem hic ad Numisma etrusca epigraphe instructum, quod & nos superius citavimus, tamquam dubium, §. II.

* *Pipare*, vociferando conqueri. Verbum ab Oscis usurpatum, ex quo forte *pipulum* venit, idest convicium, a pipatu pullorum, quod habetur in Legibus XII. Tabularum. Hinc *pipulo differre*, idest afficere injuria. Vid. Gravinam *de jur. natur., gent., & XII. Tab.* Cap. LV.

* *Pitkemnaue*, forte Vascularii nomen. In Vase Etrusco argenteo inaurato, Clusii reperto, et Museo Stosiano in Medicorum translato, cujus Schema habetur apud Dempsterum (*Etrur. regal.*) Tab. LXXVII., haec inscriptio legitur in inferiori fundi parte: *Havtnialis Pitkemnaue*. Gorius in Praefatione ad defensionem Alphabeti Etrusci pag. CCXVI. una cum Passerio noster hanc vocem a Graeco vocabulo [illegible] *fictilis*, quae nimirum opere ipsiusm exprimitur, derivandam putavit. Quid si Artificis nomen, ut *M. Calamula*, & Tiberius Plutarchus Sigillarii, *Athenalis Vitulus* Figulus, & *Julianus* Caelatus, quos vide hoc suis locis, quosque in Appendice nostra ad Janianum Catalogum iterum proferemus.

* *Palesia*, Oppidum Volscorum, teste Dionysio Halicarnas. Lib. VI. *Palestum* vocat Livius Lib. II., sed Livii locum mendosum esse ex Petri Marcellini Corradini judicio (*Vet. Lat. profan.*) Vol. II. Lib. II. Cap. XII. pag. 91.

* *Pu-*

* *Pumonal*, Lucus, vel Templum Pomonae. Ex Bergomo Guarnaccius Vir Cl. (*Orig. Ital.*) To. II. Lib. V. Cap. I. pag. 60. Nota Etruscorum propria haec vocis [illegible] terminatio.

Populonium, Civitas Etruriae. Bochartus Lib. I. cap. 33. ex male intellecto Aristotelis in supposititio opere *de Mirabilibus* Graeco textu *ferrum*, aut aes hoc nomine Tyrrhenos intellexisse prodidit. Vid. Maffeium pag. 56., qui idcirco inter dubias voces adducit. Vid. & inferius *Fufluna*.

* *Pulierna*, Cassidis nomen. Aeneam Cassidem, Etrusca Inscriptione insignem, apud antiquam Cannas, nunc Canosa in Apulia repertam, & nunc adservatam in Museo Mediceo Florentiae edidit Gorius (*Mus. Etrusc.*) To. I. Tab. CLXXVIII., explicavit vero To. II. Class. IV. pag. 363. Ibidem haec leguntur Etruscis characteribus [Etruscan], nempe *Pul-derna*, hoc est [illegible]. *Velium fulvum*, miles [illegible] iterum, qui eam gestabat, ut sibi fingit Gorius. Quid si Cassidarium, vel Cassidum fabricatorem hic expressum arbitremur? Alia Aeneorum Etruscorum nomina superius addeximus, atque hanc cum duobus aliis Cassidibus ex Museo [illegible] denuo proferemus in Appendice nostra ad Jansonium Catalogum.

* *Pulnice*, Polynices, unus ex VII. Thebanis Heroibus. In laudata saepius Gemma Stoschiana, ubi etrusce legitur [Etruscan] *Pulnice*.

* *Pultuke*, Pollux. Apud Dempsterium Tab. VII., ubi etrusce scribitur [Etruscan] *Pultuke*.

* *Pupluna*, Populonia, una ex XII. Etruriae Civitatibus, in quam Volaterranorum deducta colonia. Ejus nomen legitur in Etruscis ejusdem Numismatibus, notis [Etruscan] *Pupluna* signatis, quorum unum argenteum exstimus superius in Alphabeto §. III., aliaque adducit Cl. Guarnaccius (*Orig. Ital.*) To. II. Lib. VI. Cap. IV. pag. 297. Tab. XVI. num. 2. ad 6.

* *Putval*, Ara, βωμός secundum nonnullos; tribunal, vel sedes praetoris secundum alios. Duplex Romae fuit, unum in Comitio, sub quo Navii Auguris cos, & novacula defossa fuit, teste Tullio Lib. I. *de Divinat.*, alterum, quod in Porticu Julia prope atrium Minervae Scribonius Libo, mandante Senatu, [illegible] curaverit. Auguralis solemnis, & terminatio in al, Etruscorum peculiaris, nomen hoc Tyrrhenicum prodit.

Q

Quirle. Vid. *Curle*.

R

* *Rhamnes*, Nomen Tribus Romanae. Vid. superius voc. *Lucere*.

Rasena, Etrusci ita se appellabant, teste Dionysio Halicarnass. Lib. I. pag. 24. Αὐτοὶ μέντοι σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ ἡγεμόνος τινὸς Ῥασέννα, κ. τ. λ. *Ipsi vero seipsos a quodam Duce suorum Rasenas appellant*. Vid. Elenchum vocum Hebraicarum superius voc. ראש.

* *Ricula*, Tegumentum capitis, a mulieribus Volaterranis apud Volscos adhibitum. Sextus Turpilius Poeta in Comoedia, cui titulus *[illegible]*.

Ril, Anni. In plurimis Volaterranis Urnis cinerariis *Ril* ejusmodi est post nomen & ante numeros, quibus annos, quos defunctus vixerit, designari compertum est.

* *Rubicon*, Flumen Italiam a Gallia olim dividens, inter Ariminum, & Caesenam, sive is sit Lusus, aut Aprusa Ariminensium, sive Fiumicinum Sabiniamensium, sive Pisciatellus Caesenatium, inter quos nostrae fuere litterariae contentiones. Si Tuscae originis *Tibris* est, ut satis patebit, qui etiam ad ostia Fiumicinum nunc audit,

erit hujusmodi & Rubicon, quorum utrumque onomasticum etymologicum ope idem significare comendis, scilicet *fluvium*, *flumen*. Palchalis Amatius popularis meus eruditissimus (*Dissertat.* II. *supra il Rubicone degli antichi*) *Append.* XIV. ad §. XXV. pag. 109., & seqq., cui adstipulari videtur Claudianus in VI. *Consul. Honorii* v. 365., dum ait : ... *quicquam usque* ... *Turgentis Rubicon vicinus nomine Tibride*?

S

* *Sabatis*, Lacus, quem Panvinius (*Commentar. de Rep. Rom.*) Lib. II. dicit fuisse in Tuscia, & a quo, juxta Festum, dicta est Sabatina Tribus.

Sethlanm, Vulcanus, Ἥφαιστος. Hoc nomen prope Numen bipenni armatum, qui Jovi caput percussit, ut Minervam enixeretur, cernitur in celebri Patera Cospiana apud Dempsterum, alibique. Vulcanum obstetricatum Jovi prodit Phornutus *de Nat. Deor.* Cap. X., Lucianus in Dialogis, aliique.

Sollum, Solidum, totum. Festus in voce *Sollemnitia*: *Sollo Osce dicitur, quod nos totum vocamus*. Messius ad voc. *Osque* hunc pro Latina habuit, quod Livius Andronicus, & Lucilius ea uti fuissent; tum a Graeco verbo ὅλος, aspero spiritu in sibilum commutato, derivat.

* *Spurina*, Nomen Adolescentis Etrusci apud Valer. Maximum Lib. IV. Cap. V. Haruspex hoc nomine Spurinnam habetur apud eumdem Lib. VIII. Cap. XI.

Subulo, Tibicen. Varro Lib. VI. *de L. L.* *Sic dicunt Tibicines Tusci*. Festus Lib. XVII. *Subulo Tusce tibicen dicitur*. Messius pro pro Tibicine eum intelligit, qui Graece Αὐλητής, qui tibia canit. At Dempsterus locum pro saltatore orchestrarum intelligit, hincque restituit hoc verbum C. Plinio Jun. Lib. II. Epist. XVII. legens *suspensus*, *& subsulto subulonibus conceptum ra-* *pere* &c. pro eo, quod antea legebatur *suspensus*, *& subulatus conceptum rapere* &c.

T

Tages, Puer Etruscorum a cunis admirandus, qui scientiam aruspicinam docuit. Festus voc. *Tages*, Cicero *de Divinat.* Lib. II., Gyraldus *de Diis syntagm.* Lib. I. pag. 52. Vid. Gorium *Mus. Etrusc.* To. I. Tab. XIV., & Dempsterum *Etrur. regal.* III. 1.

Tanaquil, vel *Thanaquil*, Nomen Etruscum uxoris Tarquinii Prisci, quae deinde Romae dicta est Caecilia, teste Valer. Maximo, & Festo. Forte Etrusci nominis sensus Romano altero adjecto expressus est, ut oculorum defectus aliquis eo innueretur, cum juxta Servium ad Lib. VII. *Aeneid.* Caeculus Praenestis fundator (a quo Caecilii gens profecta) ita vocaretur, *quod minoribus oculis fuerit*.

Tarcho, Nomen Ducis Etruscorum, remotissimorum temporum, a Virgilio usurpatum.

* *Tarsis*, Nomen Tribus Romanae. Vid. superius voc. *Lucres*.

* *Teanus*, Theanum, Civitas Campaniae, cujus Nummus exhibet Epigramma Vocem *Teanus* superius in Alphabeto citatum §. III.

Thalna, Venus, Ἀφροδίτη. Nomen hoc inscribitur in insigni Cospiana Patera mulieri nudae, cui adstat columba, quaeque Jovi Minervam parturienti solamen cum duabus aliis afferre videtur. Attributa, quae innuimus, Venerem produnt.

Thana, Mulier altera, quae in eadem Patera Jovi obstetricatur, quamque si Juno foret, jam alteram ejus nomen nunc haberemus. At pendente littera incertum in archetypo, atque V referre etiam posset. Vid. superius alia Junonis nomina, voc. *Cupra*, *Eris*, & *Lucna*.

Thepleuas, Niger. Monte Pulitiano in Museo Buccelliano arculae fictili sepulcra-

S

in bilingui epigraphe, Latina nempe, & Etrusca, inscripta est, quarum prima:

C. LICINI . C. F. NIGRI

altera vero, quae eidem respondet:

F. LECNE . F. THAPIRNAL

Vid. quae superius in Alphabeto adnotavimus, §. IX.

* *These*, Theseus. In Gemma scarabaei formam gerente apud Baronem Riedeselium cernitur Theseus pellito vestitu amictus, vultu moerens, & cogitabundus, ut simul lamentatur tempus, quo caeterem perpessus est ex poena, quam Aidoneus Rex eidem inflixit. *Scalam* posita ejus nomen etrusce exaratum extra *These*. Adduxit laud. Winckelmannius loc. cit. Vol. I. num. 101., illustrat vero Vol. II. Part. II. Cap. XII. §. VI. pag. 134., tum & Caylusius loc. cit. To. VI. Tab. XXXVI. n. I. pag. 107.

* *Thetis*, Thetis. In Patera, quae Thetim a Peleo raptam exprimit, apud Dempsterum Tab. XCI., nomen etrusce sequitur vox Thetis.

* *Tiberis*, Nomen celebre Tuscorum Regis, & fluminis, quod Romam, & totam Etruriae partem alluit. Virgilius Georg. Lib. IV. vocat *Tuscum Tiberim*. Horatius Lib. I. Od. II. *illum ire ibi retortis littore Etrusco violenter undis*. Servius ad Lib. VIII. *Aeneid.: ille* (Tiberis) *Tuscorum Rex fuit, qui juxta hunc fluvium pugnans occidit, & ei nomen imposuit &c. Alii Tiberim fuisse, & Camesenae filium in bello ubi periisse tradunt*. Varro de L. L. Lib. IV. cap. 5: *Sed de Tiberis nomine anceps est historia; nam & suum Etruria, & Latium esse credit. Fuerunt, qui a vicino Regulo Tiberinum Dubio dicerint appellatum primo Dehebin. Sunt, qui Tiberis priscum nomen Latinum Albulam vocitatum litteris tradunt. Posterius propter Tiberinum Regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit*. Vid. superius voc. *Rabium*.

Tina, vel Tinia, Juppiter, vel Apollo, aut etiam Bacchus. Nummum laudata Cospiana Patera inscriptum est, & aeri in altera apud Dempsterum Tabul. III. Vid. *Gorium in Praefatione* ad Alphabeti Etrusci defensionem pagin. CLXXVIII. Verum ex Musei Cortonensis primum Jovi inscribitur, alterum Baccho salmon tenuato. *Tina* Varro dixit Vasa quaedam vinaria. Nomen hoc Baccho adcedere potuit apud Etruscos ex Graeco epitheto Thyonei, quod ei a Thyone matre, quae & Semele, adhaesit.

Tinnacall, nomen Flaterarii Sigilli. In Sigillo autem Musei Medicei Florentini, & in altero Musei Corsiani Cortonensi, quorum utrumque Chimaeram repraesentat, hoc nomen Etruscis elementis inscriptum cernitur *Tinnacall*, juxta alterius Sigilli nomen Tenapall indolem, quod superius adnotavimus. Sigillum Mediceum exhibuit Gorius (*Mus. Etrusc.*) Tom. I. Tab. CLV., qui tamen hoc nomen inscriptionem adhaeret. Addiderat etiam Dempsterus (*Etrur. regal.*) Tab. XXI., & in fine ad hoc Opus Paralipomenis exposuit Cl. Passerius, qui in laudata Etrusca Epigraphe nomen proprium Artificis agnovit; quemadmodum in utroque nomine Sigillo Mediceo, & Cortonensi, temporum uti manu elaboratis, agnovit Maffeius loc. laud. Hunc Artificem nos proferemus etiam in Appendice ad Juniani Catalogum. Aliqua de hoc Artifice superius etiam innuimus in Alphabeto §. VI.

* *Tribunal*, Locus editus, e quo curules magistratus jus dicebant, vel suggestus, unde duces allocutiones habebant, aut etiam editior in publicis spectaculis. Terminatio in al ad Tyrrhenos spectat.

Trossulum, Urbs Etruriae, unde Trossuli dicti sunt equites Romani, quod, teste Plinio Lib. XXXIII. Cap. II., oppidum Tuscorum Trossulum sine ullo adminiculo peditum ceperint. Vid. Festum Pompeium, & Joh. Marcellium Ravennatensem in Scholiis ad Sat. I. Persii.

Trib-

Truttnut, Haruspex. Vid. Inscriptionem Pisaurensem bilinguem, quam superius in Alphabeto produximus §. IX.

Turan, Mercurius, vel Mars Gorio (*Mus. Etrusc.*) To. I. pag. 117., & 213., ubi Tab. IV. nomen hoc *Turan* inscribitur figurae procul nudae, quae Venus est Mussellio.

Turms, Mercurius. Vid. Gorium Praefat. ad Alphabeti Etrusci defensionem pag. CLXXVIII., ubi hoc nomen *Turms* exaratum prodest ex Tab. III. apud Dempsterum; sed in Patera Jenkinsiana a Winckelmanno addita, quam superius non semel citavimus, *Turms* legitur.

* *Tute*, Tydeus, unus ex VII. Thebanis Heroibus. In laudata sæpius Carneola Stoschiana, ubi Tetra *Tute* Etruscis elementis ad ejus latus legere est; et etiam eodem plane modo legitur in duabus aliis Gemmis, quarum una exprimit Tydeum a Menalippo lethali vulnere percussum in Thebana obsidione, quasque refert Winckelmannus (*Monument. antichi ined.*) Vol. I. num. 106., & 107. Inducitur vero Vol. II. Part. II. Cap. III. §. II., & III. pag. 141.

Tutere, Tudertum, vetus Etruscorum Civitas celeberrima, cujus Numismata signata gratia *Tutere* diximus superius in Alphabeto §. II.

Tyrsh, Turres. Dionysius Halicarn. Lib. I. pag. 21. ait, Graecos, & Tuscos muros, & inter hoc nomine designasse, ut hinc Tyrrheni, & Tyrseni prodierint. At Myrsilus, quod a Graecis usurpatum hoc verum videtur, Etiamque etiam a Tyrrheno duce Tuscorum nomen ab aliis derivatum, locus dubius locum habere voluit.

V

* *Vectigal*, Portorium, & id, quod pro mercibus, quae exportantur, & importantur, solvitur, Graece τέλος. Terminatio ia al bene Tuscam prodit originem; et saepius antea monuimus.

* *Vela*, Vestibulum. Vox apud Oscos usitata; hinc *Velatura*, vestibum apud Festum.

* *Vela*, Vid. inferius voc. *Vela*.

* *Velathri*, Volaterrae in Volscis, vel Volaterrae in Etruria. Numismate etrusc... signata legunt *Velathri* superius laudamus in Alphabeto §. II.

* *Vertumnus*, Deus Etruscus dicitur a Varrone de L. L. Lib. IV. Idem ac Janus. *In suburbana regionis parte* (ita Varro) *princeps est Caelius Mons a Caelio Vibenna Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Latinum Regem .... Ab eis dictus vicus Tuscus. Et ideo ibi Vertumnum stare, quod is Deus Etruriae princeps.* Propertius Lib. IV. Eleg. 2. ita ipsum loquentem inducit,

Tuscus ego, Tuscis orior, nec poenitet inter
Praelia Volsinios deseruisse focos.

* *Ufens*, Nomen proprium Viri veteris Italorum, cujus meminit Virgilius *Aeneid.* Lib. VIII. v. 6:

. . . *ductores primi Messapus, & Ufens*

Vid. hoc nomen etiam in Inscriptione Meldunensi quam superius adduximus voc. *Meddix*. Nomen etiam fluminis est in Latio, quod e Setiae montis radicibus scaturit, quodque nunc Paludibus Pomtinis immiscetur. Decennovium etiam dictum est ab incolis sequentibus temporibus. Vid. superius voc. *Arsens*.

* *Vibenna*, Nomen Ducis Etruscorum. Vid. voc. *Vertumnus*.

* *Vidua*, *quasi valde idua, id est valde divisa: aut Vidua, idest a viro divisa*, ut Macrobius ait Saturnal. Lib. I. Cap. XV. Vid. superius voc. *Idus*, *Iduare*, & *Idulis*.

* *Vipinal*. Vid. voc. *Athmerite*.

* *Uthste*, vel *Utuse*, Ulysses. In Gemma, in qua etrusca atque *Utuse* legitur, & quam citat Gorius in Praefatione ad defensionem Alphabeti Etrusci pag. CLII. Cl. Guarnaccius (*Orig. Italic.*) To. II. Lib. V. Cap. I. pag. 39. *Uthste* alibi legi tradidit. Vid. superius voc. *Nanas*.

Ho-

Ungulus, Annulus. Hoc ita vocatum, apud Oscos audivisse traditur. Plinius vero Lib. XXXIII. Cap. I. ait: *Apud nos prisci ungulum vocabant*. Idcirco Maffeius habet inter incertas voces.

Vola, Oppidum, aut Arx. Hinc Volaterrae, Volcae, Volumnius, Volumnia, aliaque similia, ut notat Dempsterius (*Etrur. regal.*) To. I. Lib. I. Cap. XX pag. 89. et Maffeio Volaterrano (*Commentar. Urban.*) Lib. V. pag. 133. Quod vero etiam *Volta* monstrum Etruscum sit a Plinio nominatum Lib. II. cap. 54., & *Voltumna* Dea habeatur ab Etruscis exculta, ac Festus *Volam* Latinum vocabulum dicat, Maffeio nostro in causa fuit, cur inter dubias voces hanc ipsam referret. Clariss. Passerio (*De Patera Etrusca aenea simulacris Dissertatio*) Cap. XI. pag. XXXV. *Vola*, & *Velia* idem est, ac civitas, hincque *Velsalum* derivat, composita esse civitas femina, seu sororum, *Velsalum* aliter, sive *Velsinum*, hoc est *Bonidam*, *Velitras*, & *Volaterras*; quibus addit *Velabrum* Romae ab Etruscis habitatum, & *Veliam* in Lucania, ut apud Passerium ipsum videre est in Dissertatione *de Re numaria Etruscorum* post Paralipomena Dempsteri pag. 185.

Volta, Monstrum Etruscum a Plinio memoratum Lib. II. cap. 53.

* *Voltumna*, Dea Etruscorum est Ios. Scaligero ad Varronem. Ex Dempsterio loc. cit.

Volturnum, Civitas Etrusca, teste T. Livio Lib. IV., quae dein Capua dicta est. Tum *Volturni* fluminis nomen apud Samnites nihil cum Latino idiomate commune habere, scribit Varro *de L. L.* Lib. IV.

* *Volumnius*, Nomen Tragoedi Etrusci apud Varronem loc. cit.

INDEX sive LEXICON

VOCUM ETRUSCARUM

Quae in Tabulis Eugubinis scriptae sunt, & heic interpretantur.

Primus numerus Romanus Tabulam denotat, Arabicus alter lineam ejusdem Tabulae.

A

A. hanc sigla unum notat. X. 10.
Abetu. *Habent*. II. 65.
Abrof. *Apros*, *seu porcos*. III. 3.
Abrona. *Aper*. VII. 21.
Acesoniae. Epithetum *Jovis*. III. 32.
Adro. *Aduram*, genus farris. III. 9.
Afestiatu. *a festivado*. VI. 1.
Afera. Epitheton Populi Montani. II. 45.
Agre. *Agro*. X. 9.
Ahavendu. *Omni praebeto*. III. 12., & 27.
Ahesnes. *Festivioris*. XI. 13.
Alfu. *Farina bandacea*. III. 24.
Alfu. *Farina bardacea*. VI. 28.
Alna. Epithetum *Jovis Portoris*. VII. 10.
Amarsacanum. Epithetum *Jovis* a Croce creatur. VI. 16., sive a Gramatici Fulgurator.
Ambitu. *addita victimarum*. III. 45.
Amboltare. *Circumferent*. II. 36.
Amboltum. Portalis *vinum praesentemur*. VI. 25.
Ambretuto. *Circumdent*. II. 35.

Ampentu. *Circuitus per loca lustranda*. VI. 21.
Anclar. ab *Anclare, quidificare*. I. 16.
Anderfafust. Genus expiationis fortasse a circuitu.
Anferisust. *Infestis, tabifica*. VII. 55.
Anferener. Distinctio populi Iguvinati. I. 15., & 19.
Angla. *Agna* I. 1.
Anglarer. *Agninus ab agna*. I. 9.
Anglaha. Derivativum ab *agna*.
Anostatir. Reduplicativum epitheti *Jovis* inficile. II. 62.
Antpiaton. *Tamesfax unde Antonis, tamefax*. I. 1.
Antiatir. Reduplicativum Stir. *Servatoris*. III. 18.
Antiplara. *Acerum tenere*. I. 3. Vide *Stiple*.
Anvenia. Vox augurale ostendens aliquam in sacrificio significans, seu gradum in tota actione sacrificii. VII. 20.
Anvener. *Augiliator*. XI. 14., & 15.
Anu. *Annus*. II. 56.
Apa. *Apud, post, deinde*. II. 52.
Apo. Eho. *Apud ipso*. II. 62.
Apiluti. *Apina, seu abias, genus victimae*. IX. 19.
Api. *Apud, post*. V. 27.
Apunt. Vid. *Hedina*.
Aplenis. *Ferus*. VII. 23.
Arcurarer. Vid. *Arcuferarer*. V. 15.
Arepen. *Ab arpenis locis nominans*. V. 6.
Arferrar. *adfreatur*. Vid. inf. *Arsferture*.
Armane. *Armus*. VIII. 5.
Arepu. *Agnus*. II. 23.
Arpeltu. *Arferia*. VIII. 19.
Arputrat. *Arbitratu*. IX. 12.
Arsferture. *Arsferiae*, & *Arsfertae* a verbo *arsfera*, & *affero*: vox linguae Pontificalis, unde aqua *arsferia*, & *arsferiali*. I. 1.
Asta. *Ara, Silva*. I. 6.
Asia. Epithetum *Jovis* Lucalis ab *Asia Silva*. I. 24.
Astan. *Silva*. II. 11.
Aseriatir. *Armum diffinato*. II. 50.
Ariter. *Arsfractis Armentum*. I. 50.
Aiserita. *Aratore, abducere*. I. 36.
Arusanum. Derivativum ab *Arvis, Ariete*. XI. 11.
Arves. *Arva*. V. 6.
Arvio. *Herniges species bellius*. I. 56.
Aftilatu. Vid. *Anferiatur*.
Atane. Nomen victimae. V. 25.
Ataner. Genus victimae. XII. 8.
Atera, & Ateralsi. *Purgationem aliquam significat*. III. 21., & VI. 40.
Atleriute. Tribus Populi Eternal. VIII. 2.
Atru. *Niger, coloris atri*. VI. 20.
Avia. *Via*. II. 11.
Avei. Pos par. I. 3. Auvei, genus avis.
Auita. *Agnus recentis partus*. Anilias vox aut Felius. I. 1.
Auirkta. Vid. *Vicesse*. I. 28.

B

Benat. *Erat, vita*, ut fue est. II. 64.
Benalo. *Bene*. II. 64.
Benk. Vid. *Serfe*. *Servator* Epithetum *Martis*.
Berna. *Ferre*. *Ferrae*. VII. 25.
Berkeru. Idem quod *Ferfer*. VII. 15.
Buf. Eques. I. 22.
Bum. *Bovem a Bos*. VII. 5.

C

Cabriner. Nomen Terrae *agri pascendis* apiae. X. 10.
Caleria. A gale hoc, quasi *lassiter*, seu *lassiaus*. II. 19.
Caner. Speciei Mezzetti infensioni, idemque *fiscati* facrificii. I. 1.
Capira. Idem quod *tabicae*, epithetum *Jovis*. I. 22.
Cadiro. Antistes, seu Decurio *Cefoniarum*. X. 13.
Cafrur. *Castra, Pagos, Villas*. III. 30.
Catenbamo. *Purgare, explore*. II. 56.
Cebeli. Subameriale ex aromatibus. I. 20.

Ca-

Commoints. a *commoveo*, vel *commovere*. Sentire. I. 14.
Coeurgon. Cenicum, genus liborum. II. 5.
Corodier. Epithetum *Jovis* Coruli. II. 43.
Cenquaturum. Kekaturn. *Quinquatrum*. II. 49.
Cumiaf. Vid. *Gimle*. V. 7.
Curnace. Nomen victimae fortasse a *cornibus*. I. 1.

D

Daetom. Est. *Datum est*, vox sacrificialis. I. 28.
Dei. Di. Nomen *Dei*. I. 83.
Dem. *Datum*, Donatum. II. 64.
Deira. *Ibis*. I. 2.
Dericost. *Difficile*. II. 65.
Defan, & Derrus. Nomen victimae, quae modo Parsa, & Preps hoc est.
Destica. *Depositio*, vas vinarium. IX. 7.
Desteo. *Dextere*. II. 4.
Disferer. *Scare*, *dividere*. I. 22.
Diefam. *Caelo*, *sive Caput Curiae*. X. 2.
Diefiu. *Caelo*, *sive Antistes Curiae*. II. 38.
Dina. *Dat*, *sive dato*. III. 58.
Duir. Duumvir. I. 29.
Dupla. Lituus quod lituus. II. 18.
Duti. *Datum*. II. 63.

E

Eaf. *Eat*. III. 52.
Eabarbo. *Ea farinata*. VI. 42.
Eebefe. Impositivum a verbo *esse*. I. 6.
Eebefe. *Sit esse*. I. 5.
Efurfata. *Confurfatum farfure*, sive mola. II. 27.
Eiesle. *Ipsum*. II. 54.
Ekuiliu. *Vesculum*; convivium sacrum. IX. 23.
Endendipellitra. *Explicetur*. II. 40.
Enocom. *Una cum*. II. 35.
Enom. Epithetum *Martis* Regulus. III. 58.
Eno. Enom. *Una*. I. 1.
Enunek. Nomen, *Deus*. VI. 13.
Epeca singularium Eubicum a propria fundatione nominabatur. I. 1.
Erebbe. Genus victimae. XII 19.
Erecent. a *Jeras* confiderare. XII 3.
Eree. Idem quod *Esse*. I. 25.
Erind. *Conferenda*, *seu explicata sit*. III. 34.
Erus. *Sacer*. II. 48.
Ersu. *Sacerdos*. III. 38.
Erato. *Ibi*. II. 58.
Era. Ezek. Genus victimae. IX. 27.
Efo. Epithetum *Jovis*. I. 21, & sin. 23.
Efono. Idem quod *Esse*, & *Esse*. I. 57.
Efe. Efe. Efeu. a verbo *esse*, quod in lingua pontificali *sacrificare* significabat, ut nonnemo esse innuam. I. 1.
Efuh. *Deus Esum*. IX. 1.
Efumaka. Diminutivum ab *Esum*. IX. 11.
Efu. ab *Esse*, sive vox pontificalis, Futurum *esse facturum*. I. 25.
Etumek. Simere, pars victimae. VI. 7.
Etref. Etre. *Alter*, *sive secundus*. V. 29.
Etrep. *Alterum*, *secundum*, *posterius*, novum, frequens. I. 35.
Etura. Impositivum ab *ando*, sive *circumeundo*. XI. 13.
Eugubini. Populi nomen arcanum *fieri*. I. 3.
Eugubium. Etrusca Ditio, genus Italiae, ejusque nominis derivatio. I. 3.
Eulebio, & Eueila. ab *videndo*. VIII. 21.

F

Fabo, & Fabio. Idem quod *Fabio*, epithetum *Jovis*. VIII. 21.
Fakerent. *Fallunt*, *praebuerunt*. VI. 52.
Famerias. Familiae. VIII. 2.
Farfio. *Farcere*. II. 7.
Fafto. Vid. *Fuefo*. II. 44.
Fefus. *Fertum*, *farsitum*. VII. 19.
Feito. *Faulo*. II. 11.
Feracio. a *feriendo*; Unde Subsecivo, ab iterum feriendo. Ibidem.
Ferentrum. Attributum *Jovis* Ferentri, a *ferendo*. XI. 15.

Ferine. Epithetum *patulæ pateræ* ad differentiam alterius. I. 57.
Felnale. Panis cum medicamentis coctus feliciter. VIII. 15.
Felsure. Quod *fisiente* oraculorum contra faciunt. VII. 11.
Fera: a verbo *ferio*, pro *ferifcere*. I. 22.
Fiuls. Primi victimarum. I. 56.
Fiuls, & Felin. a *folendo*, hoc est *fugendo*, nempe lactens. II. 7.
Fiha. Fugitivus, five *fugitivorum captor*, epithetum *Jovis*. I. 23.
Fito. *Fiat*. II. 16.
Fondire. Idem ac *Deus Fontium*. II. 5.
Fonter. Epithetum *Martis Hamilidar*. II. 61.
Fons. *Deus Fontium*. II. 7.
Fos. *Lumen*, attributum *Jovis*, quasi *Lucerii*. I. 30. Fortasse idem
Fuler. a *Luce*, epithetum *Jovis Lucerii*. I. 15.
Frauchire. *Pro sua Fratria*, *seu collegium*. IV. 1.
Fri, & Frite. *Fratria*, coetus *populi*, *tribus*. I. 42.
Fullerek. *Fuit*. IV. 1.
Fust. *Facta sit*, *fiat*. VI. 7.
Fute. Haec vox lucem, & ideam significat. Fortasse idem, ac *Lucerius*. I. 30.
Furri. *Filius Juppiter*. V. 13.

G

Gomia. Epithetum victimae *optimae*, seu *bene nutritae*. I. 58.
Grabovei. *Potentissimus*. Epithetum *Jovis*. I. 22. Vid. *Krapuvi*.

H

Habina. Idem quod Abina, Latinis *Hostiagna*, victima inter duas victimas minores. II. 15.
Habetutu. *Habeat*, five *habeant*. II. 32.
Herties. *Sacrum*. VIII. 21.
Herifiei. *Aries*. II. 5.
Herte. *Ratio*. IX. 6.
Heruei. Apei. Nomen proprium. IV. 2.
Homonus. Nomen proprium. X. 10.
Hodrirer. Epithetum *Jovis* a *ferendo*. II. 62.
Hunzebe. Attributum Divinitatis, quasi *refferens*. VI. 4.
Hunte, Hunzebe, Hunte. Epitheta *Jovis* facta ab *refferendo*. VII. 15.

I

Iabuslner. *Jabusci* una ex Tribubus Populi Ikuvini. II. 31.
Ierahe. *Sacerdotes*. I. 54.
Iovina. Nomen sacrum, five arcanum populi Ikuvini, & Civitatis, a cultu *Jovis* inditum. I. 25.
Ikverium. Vid. *Eugubium*.
Iuok. *Hunc*. VI. 5.
Iuobeler. *Genus victimae*. XII. 7.
Ilir. *Esse*, vel *fit*. II. 21.
Iriekane. Tribus Populi Ikuvini. VIII. 5.
Iuve. *Patre*. Iupatre. *Juppiter*. I. 1.
Iuvengar. *Juvencas*. I. 1.
Iuft. *Juste*, *rite*, *recte*. I. 7.

K

Kaleris. *Lactans*.
Kapi. *Calpar*, vinum novum. VI. 25.
Kapir. Juppiter Cabirus. V. 18.
Kapu. Kapife. *Kapires*. Epithetum *Jovis Cabiri*. II. 24.
Kaperi. *Caper*. VII. 12.
Kapru. *Caprum*. VIII. 15.
Kapuda. *Capide*, *scilpe*. VIII. 17.
Karuco. *Curate*, *procurate*. VI. 32.
Karnus. *Caro*. XII. 7.
Karta. *Quarta*, five *quarta pars*. VII. 25.
Kafclare. Tribus Populi Ikuvini. VIII. 2.
Kaftruvo. *Castrum*, five *pagus*. IX. 5.
Kau. Syncope a *Cataestai exspilatu*. XI. 13.
Klavernie. Tribus Populi Ikuvini. VII. 2.
Klavisf. *Clavis*, locus sacra. VII. 33.
Klavies. *Purgare*. IX. 14.

Kre-

Krematra. *Cremetur, comburatur*. VII. 25.
Kronhatrum. Spatium quinque dierum. VI. 10.
Krikatra. Vid. *Cringatruhate*. II. 45.
Kuestu. *Quaestor*. VI. 45.
Kuestur. *Quaestor* Populi. IX. 25.
Kuinakkle. Cinnerium, cultrum sacrificiale. IX. 15.
Kumne. Omne. VI. 41.
Kupluk. *Duplex*. XI. 14.
Kurklasu. Genus aliquod molae, seu farinae. VII. 15.
Kurrdius. Epithetum *Jovis Curetis*. VI. 4.
Kuriksa. *Idem quod Conegus*. XII. 18.
Kureitze. Tribus Populi Ikuvini. VIII. 2.
Kuref. *Producere*. V. 6.

L

Lata. a *ferendo*, seu percutiendo sacrificio. X. 1.

M

Mandraclu. Epithetum victimae alicuis, a *Mandra*. II. 4.
Martier. *Mars*. III. 21.
Mefs. *Molla*. I. 56.
Mestarta. *Messis*. VII. 15.
Miletinar. *Militia*. I. 14.
Magaru. *Lassum*, aut *lactum*, a *mage* pro *mange*. I. 6.
Maieto. Idem quod *Magaru*, idest *lassum*. I. 7.
Mulciate. Tribus Populi Ikuvini. VIII. 2.

N

Nahatter. Una ex Tribubus Populi Ikuvini. II. 55.
Natine. Apud Latinos *nationes*, seu *argutorum gubores*. VII. 21.
Neip. Genus victimae, *sustulse vel*. I. 6.
Neref. Epithetum *Jovis*, a *fortitudine*. I. 52.
Nerus. Epithetum *Jovis*, a *fortitudine*. III. 25.
Nice. *Necem*. VIII. 2.
Nimdu. a *nive spargenda*.
Nomneper. *Per nomen*; formula invocandi Deos sub diversis nominibus. I. 25.
Nume. Epithetum *Jovis* Pastoris populorum. I. 30.
Nonier. *Nonii*, Species ordinis, seu sacerdotii. I. 14.
Nosve. *Et nos*. II. 54.
Nosle. *Novella*. II. 22.
Nurpier. Tortellu *Durpia*, Bacchi sacrificia. I. 12.
Nuzle. *Nemus*. VII. 23.

O

Ocreflei. Compositum ex duplici attributo *Jovis* Ocri, & Flisi. I. 25.
Ocrem. Ocriper. Ocrifer. *Montanus*. Epithetum *Jovis Apennini*. I. 3., & sin. 19.
Onse. *Cum*. II. 30.
Ocer. Epithetum *Jovis Terminalis*. I. 26.
Orte. *Deorsum, deinde, post*. II. 45.
Ose. Epithetum *Jovis Sorelli*. I. 26.
Ostensendi. *Ab hostiis, ferire*. I. 20.
Oce. Osle. III. 6.

P

P. sigla numerorum aliquam denotans, veluti pedum, perticarum, praefecturarum, aut quocunque alio nomine dicantur. X. 9.
Paces. *Pax, pacifica*, attributum *Jovis*. I. 52.
Pacersei. *Pacificus*, seu *Dator pacis*. I. 25, & 30.
Pane. *Omnis*. VI. 42.
Pane. Poplo. *Toti Populo*. III. 64.
Pants. *Omnia*. X. 1.
Parsus. *Parvum*. VI. 15.
Pale. Idem ac *pansfe*, attributum *Jovis*, quasi *pansfer*, & *paleris* multer sit. I. 30.
Perennile. *Perenniter*. VIII. 7.
Peltete. *Fulmen*. XI. 2.

Pe-

Pumperias. Tribus Populi Iguvini. VII. 2.
Persnimu. *Flare*, sive *Perbimere*. *Flent*, sive *placatus sit*. I. 1., & 9.
Pesi. Pesca. Pesco. Ovis *ovatre glaber*. Sed *aptior* [illegible]. I. 1.
Peia. *Primaevae aetatis*, sive *adolescentiae*. II. 5.
Pelo. *Pelo*. VI. 24.
Pelliono, & Pelliani. Nomen victimae. V. 23.
Pepon. *Pepo*, *Armenia*. I. 30.
Perene. *Perenne*. IV. 1.
Peracrio. Perennis anni. I. 34.
Peratrem. qui sacra curaret.
Perals. Ultimo loco. VI. 28.
Perakni. Optimae, Epithetum hostiis immunis, & labore. I. 23. Italice *Comparrevole*.
Peretum est, a *per*, seu *pro*, & *ter*, vox [illegible]. I. 27.
Perkaptor. *Excellens Calibratur*. V. 29.
Pernaief. *Perne*, *ante*. VI. 10.
Perne. *Perna*, seu *crus*. II. 11.
Perte. Vinum praeteriti anni. I. 58.
Persclo. Persclu. Persclер. Sacrificium carnis, *[illegible]*. I. 1., & imperatum.
Persi. Epithetum *fonti* [illegible]. I. 16.
Persklumar. Derivativum a *persclo*. XI. 2.
Persnа. Derivativum a *Perna*, parte victimae. I. 13.
Pesetum est, a *Pes*, & *ter*, *praemittere*, vox sacrificialis. I. 27.
Pesondro. Genus victimae. II. 35.
Pesondrisco. Eadem victimae nomen. II. 40.
Petrunia. a *petite*, *porro*. XII. 5.
Petronia. Gens *Petronia*. VII. 21.
Pihaner. *Piaculum*. II. 28.
Pihos. *Pius*. XI. 7.
Pihoe. *Ad expiare*. II. 41.
Piupler. Vocabulum loctae pecori palans do aptum. X. 9.
Pir. Idem ac *per*. I. 20.
Pir. ono. est. *Peremium est*. I. 26.
Piscper. *Farina ad commolationem*. II. 42.
Pistl. *Pistus est*. II. 33.
Pis. Genus ponderis pulentia in fibra. I. 7.
Pis. ponupei. Nomen proprium. IV. 2.
Pil. *Pil*. VII. 23.
Plenaber. *Plena*. IX. 1.
Plenr. Plene. II. 20.
Poei. *Post*. I. 3.
Poso. *Post*. II. 48.
Poni. *Panis*, *libum*, seu *placenta*. I. 37.
Ponerei. *Post* [illegible]. II. 41.
Poplar. *Populus*. I. 11., & 19.
Poplanat. *Pro populo*. VI. 21.
Pora. *Prope*. II. 63. Forte etiam vinum significat.
Porca. *Porca*. III. 6.
Porč. *Prohibere*, *exhibere*, *parare*. I. 19.
Portala. *Portalis*, *Decumanalis*. IV. 1.
Posterio. *Posterior*. II. 46.
Postne. *Postica*, seu *posterior*. II. 11.
Praia. praecinatum. *Prior*, *prior*. I. 15.
Prepa. *Prep*, *ante*, *praeparare*. II. 32.
Prisalier. *Praesit*. I. 12.
Prisclisio. *Praesul*, sive *Primus inter Sacros homines*. I. 18.
Prerus. Locus *princeps*. X. 10.
Probata. Epithetum *Dei Praestitis*. II. 57.
Prerunda. *Pridie*. III. 21.
Preves. Primus vir, ut Deals, *Decurio*. IX. 17.
Prerertes. Vid. *Prevesio*.
Prevertir. *Praestiver*, sive *locum procedentem*, cui respondet Postvertir. *postponere*, sive *locum stare*, ut *Forum faciendorum*. I. 22. Prestota etiam Prevertir eadem est, ac Prevertia, sive *Dea Ancaria*, vel *Aversora*, cui respondet Postvertir, sive *Dea Postverta*. I. 22.
Prinuatir. Genus victimae. II. 46., & VI. 23.
Procumtere. *Cumare*. I. 16.
Promom. *Primum*. II. 32.
Proseletir. Prosecino. Prosecrem. & *prosecare*, vox pontificalis. I. 56.
Pumonne. *Pastor*, sive *Caput Populi*. XI. 26.
Pumperias. *Pompeius*. VII. 2.
Purdita. *Profectum*, *prorsisse*. II. 18.
Pure. *Puriter*, sive *alias pure*. VI. 20.

Pu-

Pusero. *Depurare*, *purificare*. I. 20.
Purome. *Purae*. II. 17.
Purratalum. a *puriendo*. VI. 12.
Purifilo. Victima lactens. VII. 25.
Purtitaf. Genus victimae. V. 18.
Purtius. *Juvenca*, *Virula*. V. 18.
Puli. Pro *pari*, sive *pure*. I. 20. Vid. *Pa-rentur*.
Pulberrta. *Post tecklum*. VI. 40.
Pulti. *Postica luna*. IX. 15.
Pulti. *Post*. V. 25.
Pusnalaf. *Publice*. VI. 10.
Pulveres. Vid. *Postverte*. V. 14.

R.

Rehtu. *Expiator*. VII. 5.
Repei. *Per*, sive *pro*. IV. 8.
Rohra. *Rufus*. III. 9.
Rubina. Dea *Rubigo*. III. 6.
Rupinie. *Rubiginis*. VI. 26.
Rufume. *Rufum*. III. 15.

S.

Sabe. Epithetum *Jovis Venerabilis*. II. 62.
Sabo. Epithetum *Jovis Sabii*, sive *Sabelli*. V. 25.
Sacre. *Porcellus sacrificio aptus*. II. 13.
Sacref. *Porcellus aptus sacrificio*. V. 18.
Sahata. Vid. *Trahs*. III. 39.
Salier. *Ordo Saliorum*. I. 12.
Salso. Sestra. *Seges fegetem*. I. 38.
Sancie. Epithetum *Jovis*. II. 5.
Santa. *Sanctus*, *Sanctus*.
Sabens. Tribus Populi Iguvini. VII. 2.
Scalse, & Scalsese. *Sacrificare*. II. 5.
Screhitu. *Scriptum*. I. 13.
Screhto. *Scriptum*. IV. 3.
Sedamenier. Attributum Magistratus. X. 15.
Sehmenier. *Honoratior*, vel *honorabilis*, at-tributum Magistratus. X. 16.
Semi. *quo fuit*. I. 15.
Seples. *Aspicum*, sive *claustrum ovilis*. II. 21.
Serfia. Sertior. *Servo*, *Servatur*. II. 57.
Sersis. Deus Ruralis a *serendo*, ut *Sejus* apud Latinos. I. 26. Aliquando signifi-cat *segetem*.
Serfo.
Sefia. *Struis*. X. 9.
Sedamenasere. Nomen alicujus monstatae di-ctum a *fexfumare*. XI. 9.
Seracno. *Hoc anno*. IV. 8.
Serole. Idem quod *fenle*. I. 18., & 19.
Serom. *Solum*, seu *Arulas*. II. 58.
Serrum, idem quod *Seratus*. V. 5.
Sestu. *Sextus*. VIII. 23.
Si. Sif. Sue. *Porcus*. I. 7.
Sicia. *Sator*, *servatur*. III. 13.
Silla. *Assiste*, vox pontificalis. XI. 8.
Smalbena. Idem quod *Seapla*, & *Scalfota*. XII. 25.
Snatra. Genus victimae. XII. 8.
Somo. *Corpus*. I. 9.
Sorfom. *Sorfum*. II. 24.
Spahata. *Expansum*, *conspersum*. II. 41.
Spalma. *Expansum*. II. 27.
Spantea. *Explicatio*. VII. 30.
Spefa. *Libum*. I. 36.
Sperntie. Pars victimae, Latinis *fertile*. VII. 14.
Stafltem, Stafli, &c. *Via*, *externas*. II. 36.
Stahmeto. *Ornatus*, *aedificatus*. II. 53.
Staure. Epithetum victimae *Cerfiarii*. VII. 15.
Stelitra. a *stipulando*, *promittere*, *vove-re*. VI. 14.
Stiplo. Stiplata. Idem quod *stipuler* in for-mula religiosis, hoc est, *vovet*, & *vo-rum*. I. 2.
Struhla. *Strebula* pars victimae. I. 59.
Strula. Vid. *Struhla*. I. 59.
Subator. Seste. *Subelli sint*, hoc est *con-elli*, *contumeli*, *unlei*. I. 26.
Subocu. Subocav. *Sub voce plane*, idem quod *supplice*, *precor* hoc, *oret*, formula sacrificialis. I. 28.
Subra. Pro *supra*. I. 15.
Sue. Idem *Porce*. I. 26.
Suegi. *Sus propala*. VI. 7.

Sve-

Sevlo. *Per se*. IV. 2.
Subocaulo. Epithetum *Jovis ab Invocatione*. XI. 15.
Sumel. *Simul*. VII. 26.
Supelampre. *Maxime, magis augere*. V. 9.
Surur. *Supra, sursum*. I. 36.
Sutent. *Sint*. VII. 23.
Svillabe. *Sui, forum*. VIII. 14.

T

Tabe. Vid. *Dabe*. II. 43.
Talenate. Tribus Populi Iguvini. VII. 2.
Tarinate. *Trifo*. *Tribus Tarsinatium*, dicta a *tribus foris*. VI. 16.
Tarsinate. Una ex Tribubus *Populi Iguvini*. II. 14.
Tases. *Attacere*. I. 33.
Tesca. *Pior sacrificium*. VII. 7.
Tefrali. *Fulgurali*. II. 26.
Tefre. Epithetum *Jovis Fulminantis*, & *comburentis*. I. 18.
Teguries. *Cunabis*. VIII. 1.
Terelmnio. *Terminos*. II. 54.
Termnome. *Terminum*. I. 13.
Terta. *Tertia*. VII. 40.
Tesino. *Profecturum*. II. 64. seu *Tercium*.
Tesame. *Tecum*. I. 14. Ibi sermo est de quibusdam populi ordinibus.
Tesca. *Tescus*, locus augurio consecratus. VI. 13.
Tesenacri. Vid. *Tesenakle*. V. 14.
Tesonocir. *Sacrare*, vox pontificalis. I. 20.
Testru. *Dextra*. XI. 23.
Testre. *Dextera*. VIII. 27.
Thaim. *Tunc*. VI. 20.
Tinsier. Pars altera *Tribus Tarsinatis* dicta a *Tinsia*. II. 13.
Tibir. Genus victimae. VIII. 23.
Tiacono. Epithetum *Jovis Datoris fortunae*. VII. 8.
Tiom. *Tibi*, vel *Tuum*. II. 28.
Tiom. *Tibi*. I. 54.
Tiu. *Tibi*. I. 25.
Tir. *Ter*. XI. 15.

Tia. *Sacrum*, seu *sacrificare*. VII. 23.
Tiaie. Vocabulum alicujus terrae in agro Iguvino. X. 9.
Tora, & Toru. *Taurus*. II. 43.
Toraper. *Pro tota*, seu *universa*. I. 23.
Totar. *Tota*. I. 13.
Tra. *Dea Trabe*, *Sabate*, seu *Seggoba*. VII. 13.
Trabi Sahatam. *Sole*, & *Seggoba*. III. 59.
Traiste. *Dea Sole*. VI. 31.
Trebeid. Trebo. *Trebid*. Juppiter *tribuli*, seu *tribuum custos*. I. 8.
Treblanir. Treplanes. *Per circumferre*. I. 23.
Trebpie. Epithetum *Jovis*, attributum regionis Iguvinae in honorem ejusdem *Jovis*. II. 32.
Tremitu. *Timorem incutere*. I. 24.
Tremnu. *Tremendo*. I. 2.
Tribrisu. *Tribus*, seu *Tribulis*. IX. 3.
Tribilor. vox composita a *Tribus*, quasi *Tribulis*. I. 54.
Trif. *Tres*. I. 19.
Trifor. Pars Curiae, seu *Tribus Tarsinatium Iguvinorum*, dicta a *tribus foris*. II. 63.
Trioper. *Per tres*. I. 2.
Tui. *Dat*, vel *scandat*. VII. 29.
Tui, & Vestr. Idem quod Latinis. I. 30.
Tuderu. a *Tuderatore*, *commeare*, vox pontificalis. I. 15.
Tuer. *Tuor*. I. 27.
Turse. Epithetum *Martis*. II. 51.
Tursiandu. Epithetum *Martis Tursii*. IV. 2.
Tursiu. Epithetum *Martis Tursii*. IV. 2.
Tute, In. *Tibi Juppiter*. VI. 40.

V

Vaheb. *Fas est*. I. 28.
Valesos. Eff. a *fas*, & *bo*, quasi *sacrificium vite dare*. I. 17.
Vatuo, Genus pecudis, cujus pedes intrarsum converti. I. 37.
Vel, Nomen numerale, nam subsequitur numerus. X. 10.

Ve-

Vea. Ove; VI. 16.
Vetere. *Vehetur*, *afferatur*. VIII. 8.
Vehlies. *Vehere*, *portare*. V. 62.
Veiro. *Viri*, *populus*. I. 30.
Vempesticres. Compositum ex *Pestuare*, quemadmodum Pelustrino genus victimae. XII. 7.
Veperus. *Imperat*. IX. 11.
Vesilos. Diminutivum a *Veere*, hoc est *parcellae nondum velleratae*. I. 15.
Veskle. *Vesculum*, a *vescendo*. III. 9.
Vestlum. *Vestis*, *Vestus*, a *vestire*, quod fiebat de victimis in sacrificio. I. 1.
Vesliu. Genus victimae. I. 10.
Vesticere. a *vestigando*.
Vestra, & Tus. Idem quod Latini. I. 30.
Vesure. Attributum Magistratus, fortasse *necessarii*, seu *antecedentis*. XII. 3.
Vhatur. Taurus. XI. 5.
Via. *Via*. II. 64.
Vina. *Vinum*. I. 37.
Vino. *Viri*, *domini*. III. 38.
Vitlu. Vitlus. Vitlas. *Vitulus*, *vitula*. I. 1.
Visleto. *Aristeto*, *Verte*, *averte*, formula precandi. I. 28.

Vair. Genus victimae VI. 7.
Vetaa. Idem quod Ocfe, *cane*. XI. 7.
Vmiscom, & Vocucum. *Una cum*. II. 43.
Vpetue. Idem quod Vpetu, & Oppiter. *pastor*, *custos*, & *princeps*. VIII. 7.
Verum. Quasi *arctus*, epithetum *Jovis* custodis juramenti. IX. 9.
Urbium nomina a Pontificibus indita secretissime custodiebantur. I. 3.
Vresfura. Ab *horno*, *frange*. XI. 2.
Vrusfer. *Horno illius anni*. IX. 1.
Vrem. *Condurunt*. II. 65.
Vhenta. Ab *hostire*, *ferire*. V. 9.
Vttinc. Quasi *afficiar*, vel a *ferilendo*. VII. 13.
Vtr. *Uti*, *velut*. VI. 24.
Vubia, & Vubinger. Gens *Fabia*, seu *Fibia*. VIII. 26.
Vulsf. Oculi. VI. 1.
Vulino. Epithetum *Jovis*. V. 20.
Vutu. *Rufrus*. I. 1. Vid. *Rufrus*.
Vuhr. *Vatto*. XI. 3.

X

Xerei. Nomen victimae. V. 23.



INDEX TABULARUM

Quae in hoc III. Volumine subjiciuntur.

CLASSIS XV.

Bacchi Mysteria Sacraque.

TAB. CCI., & CCII. Bacchus excitatur a *Somno*, Orgiis Initiandorum. pag. 1
T. CCIII. Antistitis Bacchici expiatio. p. 4
T. CCIV. Antistes in publicum prodiens. p. 5
T. CCV. Antistes Bacchi in Quadriga. p. 6
T. CCVI. Delegatio Antistitum Bacchanaliorum. Ibid.
T. CCVII., & CCVIII. Antistitum Confessio. p. 8
T. CCIX. Progressus pilenti Caeremonialis. p. 9
T. CCX. Proclamatio Antistitum. p. 10
T. CCXI. Bacchus a Faunis cultus. Ibid.
T. CCXII. Bacchus a Sileno veneratus. p. 11
T. CCXIII. Antistitum mensis ... Ibid.
T. CCXIV. Bacchi sedes inter Faunos. p. 12
T. CCXV. Bacchanaliorum Iusus. Ibid.

CLASSIS XVI.

Nuptiae mysticae, quae fieri solebant inter supremum Antistitem, atque Antistitam, seu Reginam, & Regiam Sacrorum.

T. CCXVI. Antistitae pro nuptiis ad Sacerdotium Bacchanaliorum introductio. p. 14
T. CCXVII. Prolegomena ejusdem argumenti. p. 15
T. CCXVIII. Idem argumentum. Ibid.
T. CCXIX. Bacchus in geniali thoro. p. 16
T. CCXX. Idem argumentum. p. 17

CLASSIS XVII.

Initiatio Adolescentulorum ad Mysteria Bacchi.

T. CCXXI. Adolescens Bacchis initiatus. p. 19
T. CCXXII. Initia. p. 19
T. CCXXIII., & CCXXIV. Idem argumentum. p. 19
T. CCXXV. Idem Argumentum. p. 21
T. CCXXVI., & CCXXVII. Idem argumentum. Ibid.

CLASSIS XVIII.

Processus, & Ludi Bacchanales.

T. CCXXVIII., CCXXIX., CCXXX., CCXXXI., & CCXXXII. Saltatores. p. 24
T. CCXXXIII. Processus, & Saltationes Bacchicae. p. 25
T. CCXXXIV. Saltatio ad tibiam. p. 26
T. CCXXXV. Tibi in Bacchanalibus. p. 28
T. CCXXXVI. Sacrificio. Ibid.
T. CCXXXVII., & CCXXXVIII. Saltatio ad tibias. p. 29
T. CCXXXIX., & CCXL. Bacchus, & Bacche discumbentes. p. 31
T. CCXLI. Idem argumentum. p. 33
T. CCXLII. Idem argumentum. p. 34
T. CCXLIII. Idem argumentum. Ibid.
T. CCXLIV., CCXLV. Concentus Bacchici. p. 35

CLASSIS XIX.

Ludi, Spectacula, & Fabulae Bacchicae ordinatae in Bacchanalibus.

T. CCXLVI., & CCXLVII. Fabula Theatralis. p. 34
T. CCXLVIII. Herculis Anthaeum sufocans. Ibid.
T. CCXLIX. Herculis labores. p. 35
T. CCL., & CCLI. Idem argumentum. p. 37
T. CCLII. Herculis Nessum occidens. p. 39
T. CCLIII., & CCLIV. Fabulae Theatrales. p. 40
T. CCLV. Idem argumentum. Ibid.
T. CCLVI. Furiosus Castoris. p. 41
T. CCLVII., CCLVIII., CCLIX. Arimaspi pugnantes cum Gryphis. p. 45

CLASSIS XX.

Historiae Fabulosae.

T. CCLX., & CCLXI. Achillis fata. p. 48
T. CCLXII. Idem argumentum. p. 50
T. CCLXIII. Pars postica ejusdem Vasis. p. 51
T. CCLXIV., CCLXV., CCLXVI., CCLXVII., CCLXVIII., & CCLXIX. Idem argument. p. 52
T. CCLXX., CCLXXI., CCLXXII., & CCLXXIII. Idem argumentum. p. 57
T. CCLXXIV. Idem argumentum. p. 60
T. CCLXXV., & CCLXXVI. Herculis Apotheosis. p. 61
T. CCLXXVII., & CCLXXVIII. Idem argument. p. 63
T. CCLXXIX., CCLXXX., & CCLXXXI. Idem argumentum. p. 65
T. CCLXXXII. usque ad CCLXXXIX. Herculis integra Apotheosis. p. 67
T. CCXC., & CCXCI. Idem argumentum. p. 69
T. CCXCII. Sacra Funebria. p. 70
T. CCXCIII. Idem Argumentum. p. 71
T. CCXCIV., & CCXCV. Cassandrae fata. Ibid.
T. CCXCVI. Idem argumentum. p. 73
T. CCXCVII. Castilius, Rex Mercurius Ex-vectus. p. 75
T. CCXCVIII., & CCXCIX. Ludus. p. 77
T. CCC. Funebris Pabula. p. 78

PRAE-

PRAEFATIO.

UNiversum humanae vitae spatium inter inanes cultus occupatum ab Etruscis perlustravimus, totamque aetatum seriem ita adtigimus, ut natalem ipsum diem praeveniendum esse duxerimus, sumpto a nuptiis exordio, ita ut religiosae, quae tunc interveniebant, caeremoniae etiam designarentur. Exinde adolescentiae solemnia studia, magistratus, sacerdotia, militiam, triamphos, spectacula, ludos, & quidquid populum operosissimum, & late dominantem distinebat, ex Picturis illorum superstitibus ita contemplati sumus, ut veluti praesentia intueremur. Reliquum est, ut seriem hanc rerum communis illa hominum conditio mors absolvat, atque concludat. Id quidem argumentum tractandum erit juxta mentem Etruscorum, ut quid post exitum vitae sibi imminere reputabant, perscrutemur. Redundant quidem omnia fabulis, in quibus tamen elucescit constans illa opinio de animae immortalitate, & de districto Dei judicio, poenas, & praemia pro meritis unicuique distribuentis. Quin & esse purgationes quasdam spontaneas delictorum in hac vita crediderunt, & necessarias alias post mortem, ut tandem animae absoluto supplicio, perenni gaudio fruerentur. Errorum culpam potissimam in Poetas refundimus, qui magnifico quodam fabularum adparatu, quem veluti mysticum sensum venditabant, plebeculam occuparunt, grande sibi augumentum nominis aucupantes a caligine, quam veritati obfundebant. Ab hac tamen contagione sapientiores

evaserunt immunes, ut, cum de Etruscorum Philosophia tractaremus, palam ostendimus. Hanc vero praeviam purgationem, quam viventibus profuturam sperabant, in secretis mysteriis, quae communi vocabulo orgia adpellamus praecipue conlocaverunt. His sponte praemissis, indictas post mortem purgationes vel penitus fallere vel mitigare praesumebant, Deo illo auspice, qui secretam hanc indulgentiae viam hominibus aperuisset. Mors igitur rerum ultima claudit historiam, quam quia ope fabularum vitare non poterant, amplissimis saltem inventis nobilitare, & extollere instituerunt. Nam per sacra haec seclusa divinitatem animabus se adpingere dictitabant, quam nemo operibus sibi meruisset; praesertim vero Heroes, quorum vitam prae omnibus injuriosam, & impurissimam fuisse cognoscimus. Dum vero non barbarae nationis, sed majorum nostrorum tenebras deploramus, est tamen aliquid, in quo divinae in nos bonitatis studium admiremur, nempe ad meliora nos tempora reservasse. Hic fructus scientiae antiquitatis potissimus praescriptus est, ut imitemur, si quid bonum ex ea refultet, moderationem, frugalitatem, vitam laboriosam, & qui continuo languescit, amorem in patriam, & si quae alia exempla virtutum, quae de minimis etiam principiis ad maximum gloriae culmen populos omnes extulerunt.

PICTU-



PICTURARUM ETRUSCORUM IN VASCULIS.

CLASSIS XV.

BACCHI MYSTERIA SECRETIORA.

TAB. CCI. ET CCII
BACCHUS EXCITATUR A SOMNO ORGIIS IMMINENTIBUS.

BAcchum inter Deos Inferos computabant Antiqui, quippe qui sedem suam in Regno Proserpinae sortitus esset, inde erumpentem vidit Claudianus, cum Inferum carmen moliretur:

> *Ecce procul ternis Hecate variata figuris*
> *Exoritur, lenisque simul procedit Iacchus,*
> *Crinali florens hedera, quem Parthica velat*
> *Tigris, & auratos in nodum colligit ungues.*

Ad reditum vero Plutonis in Infernum cum conjuge rapta Bacchus obsequium testatus est suum; nam munerum suorum uberrimos fontes aperuit.

 Tunc

Tum Athamanteam matrem gurgite salsi
Lacte uno nutrisse ferunt, hederisque virentem
Cingens dulci prohibent vidisse Lyco;

quod etiam metaphorice subindicavit Nonnus Dionys. IX. 101.

[illegible]
[illegible]
. . . .
[illegible]

Quae tum Bacchum capiens Domo mariti ... a ...
Impervissimo caliginoso inclusit barathro;
. . . .
Parietes vero tenebrosi candescebant domus.

Quid vero egit in Herebo Deus *laetitiae dator*, ut eum vocat Virgilius? Triennium integrum dormivit semper, nisi cum in fine trieterii a Bacchantibus ad sacra laetissima excitaretur. Orpheum habeo (sive quicumque ille sit, qui tantum sibi nomen usurpavit) habeo, inquam, secreti, proditorem in Hymno Amphietae:

Ὃς παρὰ Περσεφόνης ἱεροῖσι δόμοισιν ἰαύων
Κοιμίζει τριετῆρα χρόνον, Βακχήιον ἁγνόν.
Αὐτὸς δ' ἤνικα τὸν τριετῆ πάλιν κῶμον ἐγείρῃ,
Εἰς ὕμνον τρέπεται σὺν ἐυζώνοισι τιθήναις.

Qui apud Persephonem sacris domo quiescens
Sopit triennale tempus, Bacchum castum,
Ille vero quando triennale rursus comissationem excitat
Ad hymnum convertitur cum formosis nutricibus.

Huc refero subobscuram illam formulam, qua utuntur castissimi Poetae, *stimulare*, *excitare Bacchanalia*.

En igitur in aula Ditis, & παρὰ Περσεφόνης ἱεροῖσι δόμοισιν *apud Persephones sacras domos* Bacchum placide soporatum in sella muliebri, quem Acratus, sive Ampelus unus ex intimis ejus familiaribus, sive Genius adolescens saepe a Nonno memoratus, qui audacter, fidenterque illum excitat a somno, instantibus trietericis, impatiens otii. Utriusque corona radiata est, sed radiis retrorsum incurvis, de qua Apulejus Metam. Lib. XI. initiis Isidis mysteria describens: *Caput decore corona cinxerat, palmae candidae foliis in modum radiorum prosilienti-*

bus

hus. *Sit ad instar Solis coronato in aspectum populi extraham.* Similem coronam in facris Bacchi iterum observabimus infra in Tab. CCXX., & alibi; curvitas vero mucronum ad hujus Numinis cornua adludit. Eadem insignia ejus Genio adtribuuntur, ut galea Genio Martis, exuviae Leonis, & cythara cum laurea Genio Herculis, & Apollinis. Ad fores infernae Regiae adstat Pluto cogitabundus, non tamen repugnans Libero huic Deo, quemadmodum nec Mercurio commeanti ad superos. Horat. lib. II. 19. de Baccho:

Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitque crura.

Proserpina actionem prospicit e fenestra semiadaperta, in cujus postibus defunctorum nomina scribebantur. Statius Thebaid. VIII. de Amphiarao:

Nec dum illum, aut trunca lustraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat.

In Tabula subsequente, quae adversum latus hujus Vasis exponit, gemini Adolescentes nuper Togati a viro exerto in publicum deducuntur; quod cum potissime fieret tempore Bacchanaliorum, hinc introductum est, ut symbola utriusque solemnitatis in hisce Picturis jungerentur; haec enim Vasa ex his erant, quae tunc plena vino ponebantur in mensis, unde minoribus cyathis ab accumbentibus hausto mero libaretur.

Orbiculus suspensus e clavo arctissime constrictus praetextam depositam, & Laribus sacram ostendit, de quo argumento videnda, quae diximus libro superiore. Solebant etiam hi, qui secretis mysteriis initiabantur, vestes Diis dedicare, ut ex Melanthio refert Castellanus de Fest. Graecorum, ubi de sacris Eleusiniis: πάτριόν ἐςι ταῖς θεαῖς ἀναθεῖν, τὰς ςολὰς τοὺς μύςας, ἐν αἷς ἂν τύχωσι μυηθέντες. *Mystis patrium est, Deabus consecrare vestes, in quibus fuerint initiati.*

TAB. CCIII.

ANTISTITIS BACCHICI EXPIATIO.

IAM nullus dubito, Antistitem Bacchi, quum trieterica excitarentur, ex intimis, qui altiora secreta participaverant, fuisse delectum, a quo, ut colligitur ex sequentibus Tabulis, Antistita deligebatur. Cum igitur Rex iste sacrorum ad tam grande sacramentum proveheretur, ut Bacchum ipsum in scena Orgiorum repraesentaret, expiatione nova, novisque purgationibus sacrari debebat. Virtus potissima aquae tribuebatur non quidem communi, sed cui Deus inesset, cujusmodi erat fontana, quam Nympha aliqua inhabitaret, ut Juturnae apud Romanos, Callirhoes apud Athenienses, Geniciae apud Pisaurenses, quae Lucum sacrum ambiebat, aut, ubi ista deessent, Putei sacri, ut apud Bononienses. Aqua vero marina, quae infinitum pene numerum Deorum nutriebat, idonea potissimum ad id munus censebatur. Quapropter non corpus tantum, sed & animum a culpis omnibus abluebat, quam religionem merito deridet Lactantius Lib. V. 20: *Quandoquidem flagitiis omnibus inquinati veniunt ad precandum, & se pie sacrificasse opinantur, si cutem laverint, tamquam libidines intra pectus inclusas ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent.* Quin & ipse Ovidius Fast.

O nimium faciles, qui tristia crimina caedis
Fluminea tolli posse putatis aqua!

Igitur novus iste Iacchus omnino nudus, tamquam e balneo surgens, adhuc sine barba, & sine coma fictitia lauro, sive myrto tantum coronatus sedet cum ferula, nempe Bacchi potissimo gestamine, & Faunum intuetur recedentem cum situla lustralis aquae, prompto interim mantili sacro fimbriato, ex pariete dependente, quo lustratus in sacro celebrando contegit.

Una ex Choro Bacchantum expiationi intervenit, ut ab utroque sexu integre conferatur, & mysticum vannum attollit, qua culparum omnium purgatio significatur, quemadmodum, ut ait Servius, in area a quisquiliis frumenta purgantur.

TAB.

TAB. CCIV.

ANTISTES IN PUBLICUM PRODIENS.

Ecce jam Rex sacrorum initiatus crocota indutus, sumptaque coma, & barba fictitia cum ferula, & canthoro, prosilit ex Sacrario conspiciendus. Capillos Etrusci minime nutriebant, detonsi cum Togam sumerent; comatam vero, & barbatam larvam sibi adhibebant, cum Bacchum vultu, & incessu referre deberent, qui intonsus perpetuo ferebatur, Tibull. I. 4. 12:

Solis aeterna est Phoebo, Bacchoque juventa;
Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.

Cirri vero in anguium morem semper per humeros serpunt, quod Baccho solemne erat, ejusque asseclis. Horat. Carm. II. 19:

Tu flectis amnes, tu mare barbarum,
Tu separatis uvidus in jugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines;

Nam infans anguibus a Parcis cinctus ferebatur, sed innocuis, qui ora pueri lamberent. Mysterium quidem pulcherrimum, & dignum scholiis, quo significantur adminicula illa vitium tortuosa, quibus adhaerent arborum ramis. Huic vero Deo capillato pueri crinem consecrabant. Statius Thebaid. VIII. 492. de duobus adolescentibus:

Ille genas Phoebo, crinem hic pascebat Iaccho.

Barba hujus Sacerdotis in acutum desinit, genis autem rasis, cujusmodi gestasse refert Diodorus Sic. Gallos lib. V: Οἱ δ' εὐγενεῖς τὰς μὲν παρειὰς ἀποξυροῦσι, τὴν δ' ὑπήνην ἀνειμένην ἐῶσιν, ὥστε τὰ στόματα αὐτῶν ἐπικαλύπτεσθαι. *Nobiles genas quidem radunt; barbam vero adeo sinunt crescere, ut operiantur corpora.*

Crocota vestis ampla, & diffusa fuit propria Bacchi, quemadmodum ornatus apparet in Sarcophagis Bellorianis, & Montfalconianis alibi citatis. Tibullus de Baccho:

Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

Dextera manu cantharum, insigne potissimum Bacchi, cujus personam gerit in scena sacra, jactabundus ostentat; tanta enim huic Vasculo nobi-

adhibebatur reverentia, ut aliquando velati simulacrum ipsius Bacchi sacros honores obtineret.

TAB. CCV.
ANTISTES BACCHI IN QUADRIGA.

AD ostentationem novae dignitatis Rex sacrorum circumfertur in quadriga in conspectu populi, ministrante Baccha equorum habenas. In Sacris Bacchi frequenter occurrunt bigae, & quadrigae hujusmodi, quemadmodum & in pompa, quam simulavit Hypermnestra, in qua Lynceum habitu Dei Liberi deformatum servavit apud Val. Flac. Argon. II.

. . . . . Teneat viridis velatus habenas,
Ut pater, & niveâ tumeant ut cornua mitra.

Haec formula communis erat in omnibus fere initiis, in quibus simulabatur descensus ad Inferos, ut in Lebadia in antro Jovis Trophonii, quemadmodum ostendimus in notis ad Monumenta Musei Nanii. In Sacris quoque Isidis peregrinatio inferna praescribebatur, de qua Apuleius Metamor. Lib. XI: *Accessi ad confinium mortis, & calcato Proserpinae limine, per omnia vectus elementa remeavi. Nocte media vidi solem coruscantem candido lumine. Deos Inferos, Deos Superos accessi coram, & adoravi de proximo.* Nil igitur mirum, si inter Bacchi Mysteria vectatio curribus fuerat introducta, ut quodammodo per ipsius Dei vestigia Inferos penetrare simularetur, cum Semelem Matrem inde detraxit, ut notat Hyginus de corona Ariadnae, & Arnobius Lib. V. Demum cum haec Sacra in memoriam triumphi Bacchici de subactis Indis celebrarentur, consonum erat, ut curricula in eis intervenirent.

TAB. CCVI.
DESIGNATIO ANTISTITAE BACCHANALIORUM

QUum ab initio Sacrarium Bacchanaliorum, ut ait Livius, ad feminas tantum pertinuisset, Matronis invicem ad sacerdotium evectis, minime dubito, quin sibi primatum retinuerint, postquam Viros in societatem receperant, sacerdotio cum illis communicato, ut in utroque sexu ministratio consisteret, interjecto inter utrumque Antistitem mystico quodam, atque imaginario conjugio. Mul-

ta

ta vero persuadent delectum Viri ab arbitrio Mulieris Antistitae descendisse, et Viro ignoto adhaerere videretur, & fabula haec omnem veritatis imaginem conservaret.

Et primo quidem oportebat, Virum hunc fuisse ex eo coetu initiatorum, qui mysteria secretiora participarent, quod etiam in legitimo, vero matrimonio servari debebat; quamquam enim inter conjuges sacra omnia essent communia, Orgia tamen excipiebantur, in quibus vir non initiatus minime admittebatur ad Sacra uxoris, vel contra. Dionysius Halicarn. Lib. II: *ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ ὑπὸ γυναικῶν ἔνια ἱερὰ συντελεῖσθαι, καὶ ὑπὸ παίδων ἀμφιθαλῶν ἕτερα, ἵνα καὶ ταῦτα γίνηται κατὰ τὸ κράτιστον, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν ἱερέων ἔταξε τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσι συνιερᾶσθαι· καὶ εἴ τι μὴ θέμις ἦν ὑπ' ἀνδρῶν ὀργιάζεσθαι κατὰ νόμον τὸν ἐπιχώριον, ταύτας ἐπιτελεῖν, καὶ παῖδας αὐτῶν τὰ προσήκοντα λειτουργεῖν. Quoniam vero quaedam sacra per mulieres fieri oportebat, quaedam etiam per pueros patrimos, & matrimos, ut hi quoque, quantum posset, consisterent, voluit Sacerdotum uxores cum suis viris fungi sacerdotio, & si qua orgia viros obire vetaret mos patrius, ea reliqua similia, & cujusque ministri partem debitam obire illorum etiam liberos.*

Procedebat igitur creatio Antistitae ob juris potioritatem, subsequebatur vero renunciatio Sacerdotis, qui Mulierum beneficio sacrum participaret; & re vera in hac praesenti Tabula, quam maximi faciendam puto, conspicitur inauguratio Matronae ad sacerdotium adscitae. Ast sequentes Tabulae scrupulum ingerunt, in quibus Femina a Viro consecratur, & per multas expiationes elevatur ad ministerium. Puto tamen Sacerdotem expiantem non illum esse, quem mulier sibi consortem elegisset, sed qui in spatio praecedentis officii jam munere functus esset, ut successione legitima potestas ista de uno in alterum continuaret, nec quisquam potestatem sibi praesumeret, quam ab eo, qui illa potiretur, non acciperet.

In hac igitur Tabula exponitur caeremonia, per quam electae Matronae collata dignitas denunciatur. Duo Magi larvati habitu foeminco, utique ex coetu, emissi e Sacrario cum taeda, & insignibus sacerdotii ad domum novae Antistitae jam paratae, & exspectantis accedunt, quorum alter, admota scala, ad fenestram, unde illa prospicit, offert arcanam tesseram Trietericorum, tria poma candidi coloris, & vittam purpuream. Alter vero cum face, & situla aquae lustralis ad geminam purgationem ex-

exspectat in via. Ritus iste consecrandae domus, vitato ostio communi, ac ejus liminari, pertinet ad majestatem, quemadmodum Hieronicae non per urbium portas, sed per muros introducebantur, & novae Nuptae supra limen attolli solebant, Anne Antistitae per fenestram eductae in ipso scalae adpositiae fastigio expiari solebant? Credo equidem pro eorum temporum varietate, ut caeremonia in aere perficeretur, quacumque terrae contagione vitata.

Ex alio latere Vasis ipsa Mulier Viro suo novum decus sibi constitutum denunciat, ostentans pomum, & vittam, veluti commeatum exquirens. Notandum est in hac actione Mulierem pedibus nudis incedere, cum Vir caligatus adpareat. Haec formula pertinebat ad Religionem. Silius Italicus III. 26:

Discinctis mos thura dare, atque e lege parentum
Sacrificam lato vestem distinguere clavo,
Pes nudus, tonsaeque comae, castumque cubile,
Irrestincta focis servant altaria flammae;

& Ovidius Fast. VI. 107:

Huc pede Matronam nudo descendere vidi.

TAB. CCVII. ET CCVIII.
ANTISTITAE CONSECRATIO.

Electa ad sacerdotium Antistita expiari, & consecrari par erat; quod fortasse non unica actione, sed multiplici & loco, & tempore diversa fieri consueverunt, ut grandem illam imaginem Reginae sacrorum rite susciperet, praestito etiam sacramento, ut apud Demosthenem contra Neaeram sub hac formula: Ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπό τε τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ θεοίνια, καὶ ἰοβάκχεια γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. *Pura, & munda sum a ceteris immundis, & a viri congressu, & Bacchanalia, & Jobacchica patrio more celebro, & statutis temporibus.* Nec aliter sensit Orpheus, qui castas ubique praedicat horumce sacrorum ministras, & praesertim in Hymno Dionysii Bassarei Trieterici:

Ὃς ξίφεσιν χαίρεις, ἠδ' αἵματι, μαινάσι θ' ἁγναῖς.
Qui ensibus gaudes, & sanguine, Maenadibusque castis;

nam

Βάκχευσαν ἁγνὰς τριετηρίδας ἀμφὶ γαληνάς,

Bacchans, puras Trietéridas circa tranquillas.

Rex igitur sacrorum pompatico habitu, & Bacchicis adtributis insignitus conversus in Faunum tibias jubet inflari, ut solemniter signo dato caeremonia inchoetur. Accedit ex alia parte Antistita designata, vultu, & incessu submissa, & vulgari Maenadum nebride tantum praecincta, quam Sacerdos nil interpellatus non respicit. Illa guttum producit, & taedam extinctam, veluti postulans expiari. De expiatione per ignem Ovidius Metam. VII. 262:

> *Multifidasque faces in fossa sanguinis atri*
> *Tingit, & infectas geminis accendit in aris,*
> *Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat;*

de quibus purgaminibus alibi actum est in praecedenti Libro.

Pictura aversi lateris ad Togae virilis traditionem pertinet.

TAB. CCIX.

PROGRESSUS PRIORIS CAEREMONIAE.

EOdem Fauno tibias inflante, idem Sacerdos mulierem excipit consecrandam pariter cum gutto, & taeda non amplius extincta, ut in Tabula antecedente, sed jam flagrante, eamque respiciens Antistes verba solemnia videtur proferre. Fax censebatur inter potiora Insignia Reginae sacrorum, quae primum faces sustollebat, veluti initium sacri furoris. Virg. Aeneid. VI. 517:

> *Illa chorum simulans, evantes Orgia circum*
> *Ducebat Phrygias; flammam media ipsa tenebat*
> *Ingentem.*

In ferulae hastili, quam ille gerit, felicis arboris ramusculus adligatus est, ad adspersiones rite conficiendas. Hederane, an lauro, seu potius myrto ornetur, non liquet, utraque arbore consona hisce mysteriis.

Vestis stellifera, qua minister induitur, Caelum repraesentat, cui Bacchus cum Sole confusus praeesse putabatur, ut subtili indagine deducit Macrobius Satur. I. 21., ideoque Bacchae hinnuli pelle amiciebantur, quod maculis Caelum imitarentur. Idem Macrob: *Nebride Bacchum ante*

ctum esse dicunt, ut astrorum varietas significetur; & adducit antiquissimi Poetae auctoritatem:

Sidereum Dionysum igne radiante coruscum.

TAB. CCX.
PROCLAMATIO ANTISTITAE.

BAccha jam sacerdotio initiata ferulam gerens ex intimo sacrario prodit in conspectu consortium, praecunte Fauno conclamante cum Tibiis. Ferula vero potissimum imperii insigne habebatur; Sceptrum vocat Orpheus in Hymno de Trieterici sustinento:

Ὠμάδιε, σκηπτοῦχε, χορευτά, ἀγέτα κώμων.

Humeralis, sceptrifer, in choro insultans, dux comorum.

TAB. CCXI.
BACCHA A FAUNIS CULTA.

POst consecrationem, & proclamationem Regina sacrorum a singulis ordinibus veneratur. Reginam inquam, qualem eam vocat Statius Achilleid. II., ubi pompam Bacchanalem describit:

. . . . *ibat ante alias Regina, comesque*

Pelides . . . .

Primus vero gradus initiatorum Satiriscos continebat, de quibus uti Tironibus nulla ratio habita est, nisi in infimo ministerio; superior vero Faunos complectebatur, qui amplius profecissent. En igitur Regina in publicum educta choro Faunorum ostenditur, & ab ipsis veneratur. Illa grande Bacchi symbolum attollens, cornu potorium, dignitatem suam protestatur; nec enim alio potiore indicio Herebi janitor Liberum patrem ad Inferos descendentem recognovit. Horatius Carm. II. 19. supra laudatus inquit nempe *aureo cornu decorum*. Haec enim tessera habebatur initiatorum, ut poenas Herebi evitarent. Hinc introductum fuit apud Etruscos, ut cornua haec potoria ex argilla scitissime confecta cum defunctorum reliquiis tumularentur, ex quibus plura observavi, & collegi ex agro Tuderte effossa, ut notavi in Acherontico Cap. IX. In marmoribus etiam sepulcra-

libus

litus, & in Lucernis saepe occurrunt sacrificia emortualia, & libationes, quae hoc poculi genere exsolvuntur, cui virtutem aliquam a Baccho tributam fuisse reputabant. De hoc poculi genere vide post Athenaeum Cl. Bonarotium in Gemma Bacchi.

TAB. CCXII.

BACCHA A SILENIS VENERATA.

ADlatrata Regina a Faunis, qui medium locum in coetu obtinebant, nunc a Silenis, qui gradum superiorem occupabant, & Regi proximum, veneratur. Duo ex his demissa nebride in signum obsequii, & altero pede sublato, quae saltatio ad cultum, & adorationem pertinebat, ut priore Libro demonstravimus, divinam illius imaginem venerantur. Senior ex his Antistitae vannum mysticam tradit, quale gestamen sanctissimum putabatur, quod Bacchum puerum excepisset in bibita divinitate, ut peccata universa excuteret.

Alter e Silenis ramusculum Bacchae porrigit cum tribus hederaceis pomis, ex inferiore cista, cui sinistro pede insistit, desumptis; quod saepe Trietericorum tesseram esse diximus.

TAB. CCXIII.

ANTISTITA MUNERIBUS HONORATUR.

SEdet in conspectu coetus universi Antistita magnifica veste, ac stola stellifera decorata, & excipit advenientem turbam Faunorum. Ex illorum humero pendet linea frequentium tintinnabulorum, ut in quocumque negotio occupati essent sonitum cierent, quod solemnissimum habebatur in clamorosis hisce ritibus. Ovid. Metam. VI:

Nocte sonat Rhodope tinnitibus aeris acuti;

& Lib. XIV:

Cum tamen hac primis Idaeo vertice causis
Sancta Deum genitrix, tinnitibus aerea pulsi
Aeris, & inflati complevit murmure buxi.

Apuleius quoque Lib. X. meminit tintinnabulorum suspensorum ipsius collo, cum initiaretur.

Unus ex his ex calatho, quem alter defert, poma quaedam, sive quidpiam simile suscipit Reginae offerendum. An ne ova ad ulteriorem explicationem? Dubium suscitat gestamen sacri mantilis dependentis ex brachio, quo potissime in sacris utebantur.

Baccha cum ferula veluti choriphaea cistiferum introducit, dum Geniolus Bacchi alis verbera subarmali exornatus Antistitam alloquitur, & quodammodo illam confirmat.

TAB. CCXIV.

BACCHA SEDET INTER FAUNOS.

Regina sacrorum sedens vanno sacro innixa, & vittam manu extollens, cujusmodi multas gestasse pro gradu initiorum, & colore distinctas suspicamur, veluti extremam adtulisse. Hinc apud scriptores vittae sacrae plurali numero saepe pronunciantur, praesertim in sacris Bacchi. Stat. Achill. I. 611:

Cinxit purpureis flaventia tempora vittis.

Cum enim in hisce mysteriis plures, & distincti gradus provectionis statuti essent, par erat, ut singula vittis & forma, & coloribus discretis designarentur. Ad ejus pedes cornu potorium depositum cernitur, ex quo producitur diffusa quaedam, & serpens taenia, seu chorda, de cujus usu in choreis infra occurrent multa adnotanda.

In angulo erecta conspicitur ara; quod pariter subindicat caeremoniam hanc vittae postremae adsumendae sacram fuisse, & partem ritus praescripti.

TAB. CCXV.

BACCHANALIORUM LUSUS.

Caeremoniam nullam agnosco in hoc schematismo, sed incompositos illos motus, qui in hisce sacris frequentissime exerceri solebant, & in quibus sanctior habebatur, qui plus ceteris insaniret. Catullus LXIII. 252:

Cum

Cum thiaso Satyrorum, & Nysigenis Silenis,

Qui tum alacres passim lymphata mente furebant.

Et revera maximus Bacchi laudator Orpheus insanum semper eum nobis describit, ut in Licnite:

Ὅς ποτ' ἀνὰ δρυμοὺς κεχορευμένα βήματα πάλλες,

Σὺν Νύμφαις, χαρίεσσιν ἐλαυνόμενος μανίῃσι.

Qui aliquando in sylvis saltata vestigia terit,

Cum Nymphis gratis venatus insaniam;

& in Trieterici suffimento:

Ὠμάδιε, σκηπτοῦχε, χορευμανὲς, ἀγέτα κώμων.

Humeralis, sceptrifer, in choris insaniens, dux comessationum.

Sedet Bacchus, sive ejus Sacerdos aliquid promens ex cista mystica. Accedit Baccha illius compar, vultum faciei anteponens in figuram obsequii, sed conversa in Faunum ipsum invitat ad aliquid capiendum e cista, quam indicat manu sinistra. Maenas ululat, & fibulam e tunica bifida dissolvit ex humero, veluti initium denudationis. De hac forma vestium in utroque latere apertarum videnda, quae praemisimus in Tractatione de *Re vestiaria* Tom. I. Bacchantes vero pene nudae pallam discinctam trahentes occurrunt passim in gemmis, & anaglyphis ad hasce pompas pertinentibus.

CLAS-

CLASSIS XVI.

NUPTIAE MYSTICAE, QUAE SIMULABANTUR INTER REGEM, ET REGINAM SACRORUM.

TAB. CCXVI.

ANTISTITAE RITU NUPTIALI AD SACERDOTEM BACCHANALIORUM INTRODUCTIO.

COlligimus ex Picturis sequentibus inter Regem, & Reginam sacrorum intervenisse quamdam nuptiarum imaginem, ut duplex potestas in utroque sexu divisa simul adhaereret, & indolem Numinis, qui mas, & femina habebatur, ut jam diximus, hac conjunctione significarent. Sedet hic Sacerdos, qui Bacchi personam agit, seminudus cum face nondum ardente, quam ei tribuit Aristophanes in Ranis vers. 342:

Ἔγειρε φλογέας λαμπά-
δας· ἐν χερσὶ γὰρ ἥκει
Τινάσσων, Ἴακχε,
Νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστὴρ
φλογί.

Suscita accensas lampa-
das; in manibus enim venit
Quatiens, Iacche,
Nocturni sacrificii lucifera stella
Flamma.

Hunc vero, uti sponsum, Dea Juventa serto conjugali coronat.

Adstant Silenus, & Faunus spectatores quiescentes cum una ex Maenadibus, quae Pronubam agit.

Introducitur Sponsa verecunda, & vultu dimisso, quae virginis gravitatem egregie simulat. Ejus nuptialis tunica floribus conspersa adparet, qui quidem ornatus Baccho gratissimus habebatur. Clemens Alexan-

xandrinus Paedagog. II. 10: *αἱ δὲ [illegible] ἐσθῆτες, Βακχικαῖς, καὶ τελεστικαῖς [illegible]. Vestes autem, quae sunt floribus similes, Bacchicis nugis, & initiorum mysteriis relinquendae sunt.* ἄνθινον, *floridum* nempe saepe vocat Orpheus, & *floridam* Catullus supra citatus.

TAB. CCXVII.
PROSEQUTIO EJUSDEM ARGUMENTI.

Sponsa ritu nuptiali sedet ornatissima, sub cujus pedibus conspicitur vitis Baccho sacra.

Hymenaeus volucer, imposita corona sponsalitia ejus capiti, laeva manu dissolvit fibulam tunicae a parte dextera, dum Regina alteram submovet a parte sinistra, ac si cubitum pergeret.

Pronuba vannum adtollens manu dextera sponsum invitat ad thalamum, Faunis plaudentibus.

Munus detrahendi flammeoli, ad dignitatem conciliandam eximiis nuptiis, tribuebatur Hymenaeo, ut apud Catullum LX. 6.

Cinge tempora floribus
Suaveolentis amaraci.
Flammeum cape, laetus huc
Huc veni, niveo gerens
Luteum pede soccum.

Apud Etruscos vero loco flammeoli dissolvebatur ex humeris tunica inferior, ut in hac Tabula, & in sequente.

TAB. CCXVIII.
IDEM ARGUMENTUM.

Nuptiae simulabantur, ut diximus, inter supremos Bacchi Antistites, dum ejus mysteria celebrarentur in memoriam nuptiarum, quas Bacchus saepe iniit cum Ariadna, Pallene, & aliis multis, ut refert Nonnus in imaginario ejus poemate. Itaque hic intuemur Bacchum, qui, depositis insignibus comae fictitiae, & barbae, coronatus, & seminudus pergit ad thalamum.

Spon-

Sponsa jam sibi ex utroque humero tunicam detrahit.

Pronuba praecedit cum situla aquae lustralis, & cantharum Bacchi in custodiam adeptum defert.

In intima hac mysterii parte non Fauni, sed duo Sileni interveniunt velati thalami custodes, & istius aditus clavicularii. Nonnus Dionys. Lib. XXXXVIII. v. 188:

> . . . . [illegible] δ' ἐνὶ παστῷ
> Σιληνοὶ κλειδοῦχοι . . . .
> . . . . *silenti vero in thalamo*
> *Sileni reserabant* . . . .

Locus circa cubile ramusculis undequaque renidet. Idem Nonnus Lib. XXXXVII. v. 457:

> . . . . ἀμφὶ δὲ παστῷ
> Ἄνθεα πάντα τέθηλε, καὶ ἱμερόεν περὶ νύμφην
> Κύκλον ἐπεσκαίροντο χορίτιδες Ὀρχομενοῖο.
> . . . . *circa vero thalamum*
> *Flores omnes florebant, & venustam sibi*
> *Nuptam circulabant saltatrices Orchomeni.*

TAB. CCXIX.

BACCHA IN PULVINARI STRATA.

ANsilita jam discincta, & florida veste dejecta, reclinata committur in lectulo convivali, & loco ferulae vitem late diffusam sustinet, quod quidem gestamen proprium erat interiorum mysteriorum; non enim hucusque ex coetu id insigne usurpavit, quod proprie attribuitur Baccho, & Bacchae, tamquam symbolum fecunditatis, quam toti naturae conferre putabantur haec sacra.

Mensa coram instructa est pomis, & fructibus Baccho sacris.

Adstitit semper Hymenaeus volucer, qui sponsam alloquitur, quod faustissimum habebatur, tamquam Dei ministerio solemnitas auspicetur. Adstant convivio ministri duo ex Faunis, veluti Pincernae, & Pocillatores, qui elata manu epithalamium concinere videntur, more deducto ab oppido Campaniae Fescennio ad Etruscos, & Romanos, quo satis libera carmina jactabantur, ut nova nupta linguam cohiberet maritalem.

lem. Varro apud Nonium IV. 130: *Pueri obscoenis verbis novae nuptae aures returant.*

TAB. CCXX.

IDEM ARGUMENTUM.

JAcet in thalamo sacrorum Regina pariter discincta, pelle tigridis substrata; Faunus facem nuptialem attollit, dum alter tibias inflat. Pronuba matronali habitu induta Sponsam coronat, & pateram cum cibis offert. Corona radiata insignitur, cujusmodi adtributam Baccho, & ejus Genio conspeximus in Tabula CCI. Fortasse in hac solemnitate, in qua saepe Ministri Deorum habitu ornabantur, ut alibi notavimus, in hac caeremonia Venerem, aut Junonem pronubam haec femina repraesentat.

Paries cubiculi mysteria undique spirat. Sub thalamo cista sacra, ex qua edulia, & muris adpensae sunt placentulae umbilicatae, corda, ac tria illa arcana poma, quae praeter id festum cautissime custodiebantur, ut alibi ex Clemente Alexandr. demonstravimus. Fauni hic, & infra cothurnati incedunt ob Bacchum, qui hoc gestamen numquam deponebat. Virg. Georg. II. in principio de Baccho;

> . . . . *nudataque musto*
> *Tinge novo mecum dereptis crura cothurnis.*

CLASSIS XVII.

INITIATIONES ADOLESCENTULORUM AD MYSTERIA BACCHI.

TAB. CCXXI.

ADOLESCENS BACCHICIS INITIATUS.

IN parte superiore hujus Tabulae Hydria conspicitur, in cujus parte antica Bacchi Antistita manu elata aliquid indicit Adolescenti togato, ac vittato ad eam accedenti, velati initia postulanti. Symbolum manifestum hujus petitionis est tessera illa, quam Tiro ad-

cedens ad sacra Bacchi praefixam fronti ostentat, & tria illa poma, de quibus frequenter mentio facta est, & rursus occurret. Bacchus igitur aliquid praescribit, quod faciendum sit in hac caeremonia. Ceterum constat ad haec sacra admitti consuevisse adolescentes, quos infirma aetas incautos efferret, & imbibitae labiis tenaciores. Livius lib. XXXIX: *Institutum esse, ne quis major XX. annis initiaretur. Captari aetates & erroris, & stupri patientes.*

Nobilitat id cimelium Graeca inscriptio ΚΑΛΟΙ, nempe *Pulchri, Illustres, Excellentes*, quo titulo eminentiores Viri decorabantur. Idem lemma saepius occurrit in aliis schedis ejusdem notae apud me, quas subinde producturus in lucem spero; suspicor propterea hanc fuisse solemnem formulam, qua primum salutarentur illi omnes, qui hisce sacris nomen darent, quasi jam tunc illustres esse inciperent, qui ex penitus beatali, ut dicebant, profanorum vita ad caelestem illam, & quasi divinam Bacchanaliorum confugerent. Graeca inscriptio minime obstat, quominus id, & similia Vasa Etruscis adscribantur; nam Campani Tuscorum genus Graecis advenis adsueti eorum linguam vel admiserunt, vel in gratiam Graecorum eam inserere operibus, quae concinnarent, coacti sunt; quod quidem serius invaluit, & potissimum cum Bacchanalia diu proscripta iudici postliminio revocata sunt.

In Vase inferiori parte processus Bacchici repraesentatur, & potissime cum Tito jam excepta (nam ipse tesseram Bacchanaliorum in fronte gerit) vestem, qua in sacris suscipiendis usus est, in arcula inclusam Deo, in cujus tutelam admissus est, consecrandam defert. Melanthius de Mysteriis: [illegible] *Mystis patrium est Deabus consecrare vestes, in quibus fuerint consecrati.* Has tamen si retinerent, numquam deponebant, nisi cum penitus lacerae essent. Aristophanis Scholiastes in Plutum: [illegible] *Initiatio vestem, quam in initiatione gestabat, numquam exuebat, donec omnino dissipata evanesceret .... Quidam hujusmodi stolas ad natorum fascias custodiunt.* Et revera in summa parte hujus arculae globulorum ternarii conspiciuntur. Indumentum adolescentis spi-

spirat moderationem hujus pompae, quam dudum antea nudi frequentabant; quapropter in suspicione confirmor, haec, & alia hujus notae Vascula ad posteriorem Bacchanaliorum aetatem pertinere, cum coercita priorum temporum impudentia aliquantulum emendata fuit.

Baccha praecedens cum urnae racemo Juvenem introducit in Sacrarium. Stolam velati impedimentum actionis abjecit, sed illius loco conspicuam fasciam e collo pendentem gerit, quod quidem ornamentum matronarum insigne saepius infra observabimus. Globulos in fine pendentes, ut dispositionem hujus ornamenti conservarent, ex sepulcris Etruscorum erutos frequenter aereos excepi ex Agro Tuderte.

Praefefert flabellum, quo matronae utebantur in conspectu Numinis, ne oculis procacibus illum intuerentur, ut passim fieri solebat de vanno. Ex caudis pavonum compactum fuisse conjicimus, unde plerumque formabantur. Propertius II. 16.

Et modo Pavonis caudae flabella superbae.

TAB. CCXXII.

I N I T I A.

Baccha in throno sedens majestatem Sacerdotii spirat, atque exercet; nam adveniens Matrona, ac si quidpiam divinum intueatur, sublata stola vultum obnubit, ne fulgoribus obruatur. Regina sacrorum illius latum tangit manubrio ferulae, velati aliquid divinum infundat. Praeterea in ipsa ferulae hasta ramusculus ad adspersionem inferens est, & adligatus, ut supra notavimus, ubi ipsa superior Antistes fuerat auspicanda. In Sacris Bacchi adparitiones quaedam nocturnae superatae jactabantur, & quod praecipue Bacchus ipse totus igneus, & fulgidus adpareret, qui nudis oculis tolerari non posset; unde ab Orpheo dicitur variis in locis Hymnorum suorum de ipso Baccho;

Θνητοῖς φανείς.

Mortalibus adparens.

Ὃς ἰδέαν θνητῶν, ἠδ' ἀθανάτων ἀναφαίνεις.

Qualis sis mortalium, & immortalium fulgens.

Πυρίσπορε, Νύσιε, λυαῖε.

Ignem seminans, Nysie, liberator.

Νυκτιπόλοις χορείαις, πυριβρεμέταις ἰάχαις.

Nocturnis choreis, igne strepentibus vociferationibus.

Πυρίπνοε,

Igni fervidus,

Πυρίφεγγες αὐγή.

Ignifer splendor.

Diu putavi vocem hanc de Bacchi adparitionibus inanem fuisse, sed cum observaverim similia a se visa narrasse Apuleium virum doctum, & perspicacem, & qui floruit aetate jam non amplius caligante, maxima mihi oborta est suspicio praestigias multas magicis dolis excitatas in hisce occultis religionibus intervenisse.

Fauni circumludentes jocularem saltationem exercent, quae adhuc inter montanos rusticos frequentatur. Bini, tradita invicem corda, tripudiant, & utrimque toto conatu illam eripere de manu aemuli tentant; ut qui totam adripuerit, ludi victor existat. De hac infra Tabula CCXXXIV.

TAB. CCXXIII. ET CCXXIV.

IDEM ARGUMENTUM.

IN geminis hisce Tabulis aliquid subolet de adolescentum initiatione ad Bacchi mysteria. Tebna cum face praecedit una cum tibicine; Tiro subsequitur discinctus; hanc vero caeremoniam in Sacrario fieri puto, nam paries undique placentulis, & orbiculis ornatus cernitur; adparent praeterea gemini loculi aperti, ubi simulacra celabantur.

In Tabula CCXXIV. Choriphaeus, qui praecedit, conversus in Tironem extenta manu aliquid jubet. Juvenis vero subsequens protenso brachio aliquid adfirmare demonstrat.

TAB. CCXXV.
IDEM ARGUMENTUM.

PIctura quoque pulcherrimi hujus crateris pertinet ad initia, nam ex una parte Reginam sacrorum nobis exhibet, quae sublato pede super altare in signum potestatis, tamquam ex concione verba facit ad geminos adstantes Tirones, edocens ea, quae in hac participatione sacrorum servanda sunt.

In altero vero ejusdem cyathi adspectu iidem pueri jam corona, seu vitta Bacchica, quae in minoribus initiis tribuebatur, redimiti (nam super frontem conspicuum deferunt Bacchanalium insigne, tria scilicet poma) caeremoniam aliquam nobis ignotam obiiciunt; ipsa siquidem sacerdos non stans, sed sedens super aram aliquid exigit promittendum a Tironibus fortasse secretum. Hi vero sublata dextera quodammodo fidem propriam interponere ostendunt. Hedera ambiens cyathi marginem parergon Bacchicum est. Aris insidere solebant Sacerdotes, & antistites sacrorum, e quibus potestatem exercebant, ut frequenti exemplo ex nostris hisce Tabulis deducto demonstratur; unde ab ἕζω *sedeo*, ἕδρα *sedes*, sive *ara*, ex quo in ea ἱκέται supplices considerent. Tibullus IV. 13:

Sed Veneris sanctae considam vincta ad aram.

TAB. CCXXVI. ET CCXXVII.
IDEM ARGUMENTUM.

REspondet praecedentibus haec Tabula, in qua res agitur de Tironis initiatione. Antistita procedit ad Sacrarium, comitantibus Faunis ministris, qui piamina universa deferunt ad purgationem. Sacerdotis urceolum aquae lustralis, & ova defert. Sequitur Faunus cum corona initiando praeparata; succedit alter cum taeda. Apuleius Metam. XI: *Summus Sacerdos taeda lucida, et ovo, et sulphure solemnissimas preces de casto praefatus ore.* Ceteroquin vero extra hujuscemodi seclusa mysteria id officium ad vetulas pertinebat. Ovidius de Art. Aman. II. 329:

Et

Et veniat, quae lustret anus lectumque, locumque,
Praeferat et tremula sulphur, et ova manu.

Faunus ultimo loco succedens geminas vittas, e brachio pendentes defert, quo exemplo conjectura confirmatur de multiplici taenia, qua caput initiatorum ornaretur pro diversitate gradus, provectionis, & officii in hujusmodi sacris. Cyathum quoque sustinet ad potionem aliquam ministrandam, seu potius in qua sulphur contineretur ad caeremoniae implementum.

In adversa parte signata numero CCXXVII. consueta solemnitas traditionis Togae repraesentatur.

CLASSIS XVIII.

PROCESSUS, ET LUDI BACCHANALES

TAB. CCXXVIII., CCXXIX., CCXXX. CCXXXI., ET CCXXXII.

SALTATIONES.

Exercitium pompae Bacchanalis licet furibundum, non tamen ideo tumultuarium erat, quia in plures veluti articulos lege praescriptos dividebatur, ut alibi magis praecise indicavimus. Inter varias actiones exercebantur etiam choricae saltationes ad numeros, quas pervertere non licebat, ita ut Statius Achill. Lib. II. vitio tribuerit furibundo, ac insolenti ejus Heroi, quod cuncta perverteret:

Tunc vero, tunc praecipue manifestus Achilles
Nec servare vices, nec jungere brachia curat,
Tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus
Plus solito, rumpitque choros, et plurima turbat:

Id genus saltationis exponitur in hac Tabula, in qua corona saltantium conspicitur, qui vicissim brachia jungunt, atque disjungunt, quo progressus singulorum tripudiantium de una in alteram manum manifeste significatur, altero excluso, qui locum sibi diversum exspe-

exspectat aperiri. Plures vero legitimae saltationis species in hisce pompis intervenisse refert idem Statius:

Multiplicantque gradum modo quo Curetes in actu,
Quoque pii Samothraces eunt; nunc obvia versae
Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas
Delia, plaudentesque suis intorquet Amyclis.

Curetum vero, & Samothracum erat quaedam species saltationis armatae, & bellicrepae, ut liquet ex monumentis, praecipue apud Gorium *Inscript. Etrur. lib.* Laconica vero & ipsa martialis, sed non tota, ut tradit Quintil. L. 2: *Nam Lacedaemonios quidem etiam saltationem quandam, tamquam ad bella quoque utilem habuisse inter exercitationes accepimus.* Lucianus vero in Dialogo de saltatione introductam esse ait apud Lacedaemones: Ἴδοις δ' ἂν ἔτι τοὺς ἐφήβους αὐτῶν οὐ μεῖον ὀρχεῖσθαι ἢ ὁπλομαχεῖν μανθάνοντας. ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι, καὶ παίσαντες, καὶ παισθέντες ἐν τῷ μέρει παύσωνται, εἰς ὄρχησιν αὐτοῖς ἡ ἀγωνία τελευτᾷ. *Videasque illorum adolescentes non minus saltare, quam pugnare armis discentes; cum enim manibus jam conserendis periculum fecere, & percussi sunt, cum per vices quieverint, & in saltationem illis certamen exit.* Tum infra: ὁ δὲ ὅρμος ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων, καὶ παρθένων, παρ' ἕνα χορευόντων. *Est autem hormus saltatio communis adolescentium, & virginum, alterna serie choros agentium*; quorum scriptorum auctoritate declaratur concisa illa Statii expressio, *ter servare vices*.

Tripudiantes tuniculis induti sunt, quam moderationem in pluribus aliis Picturis observatam refero ad tempora posteriora, quibus Bacchanalia certis legibus, & conditionibus praescriptis restituta sunt, reluctante semper Italia legibus, quae illa aboleverant; ita ut exterminata anno Urbis DLXXIV, iterum post septennium in Apulia repullulaverint, ut novo S. C. iterum proscribi oportuerit. Livius Lib. XL: *Duronio Praetori, cui Provincia Apuliae evenerat, adjecta de Bacchanalibus quaestio est, cujus residua, quae dant velut semina ex prioribus malis jam priore anno apparuerant.*

In hac vero praesenti Tabula juvenes saltatores in quatuor factiones colore distinctas divisi sunt, nempe candido, viridi floribus conspersio, rubro, & rubro pariter floribus, seu punnis variegato ob quatuor anni tempora, quorum praesidium, & principatum Baccho qua-

tribuerunt; circa quod argumentum videnda, quae diximus in Dissertatione de Marmore Bacchanali Eugubino, quae huic Volumini praefixa est.

In linea inferiori praesentis Picturae equites duo lanceis armati nil vulgare praeseferunt, nam area Picturae stellis variae magnitudinis occupata est. Dioscuros hic recognosco, Pollucem vectum equo albo, Castorem vero fusco; quod discrimen produxit disparitas dignitatis; nam, ut ait Hyginus fab. 80., Castor humano semine ex Tyndaro natus est, & Pollux divino ex Jove, qui immortalitatem suam cum fratre communicavit. Intersunt vero Laconicae saltationi, eo quod ab ipsis instituta diceretur, ut tradit Lucianus loc. cit.

In Tabula CCXXIX. Bacchae geminae luculentissimo ornamento insignitae pulsant tympana, vittis pendentibus decorata, in quorum pellibus rami Bacchici infixi sunt. Saltant ad tibiae modos pyrrhichen Lacedaemoniam, quidem Lib. XIV. describit Athenaeus: Ἡ δὲ πυρρίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἔτι παραμένει . . . . . . Παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει προγύμνασμα οὖσα τοῦ πολέμου . . . . Ἡ δὲ καθ᾽ ἡμᾶς πυρρίχη Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικεστέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας· ἔχουσι γὰρ οἱ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων, προΐενται δ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλους. *Apud ceteros Graecos abolita est pyrrhiche . . . . . . Soli enim Lacedaemonii retinuerunt, ut quandam belli praemeditationem . . . . Nostra vero pyrrhiche videtur esse Bacchica, & longe quam illa placidior, quandoquidem hastarum loco thyrsos gestant saltantes; eosque alii mutuo in alios vibrant.*

Res geritur in Sacrario, nam in angulo Tabulae ara erecta conspicitur. In pavimento circum aram funiculus projectus cernitur cum geminatis extremitatibus, quod facile ad genus saltationis pertinet, de qua infra; nisi suspicemur limitem quemdam designare circum aram, quo nemini pateret adcessus, exceptis forte Sacerdotibus supremis. Divinamus fortasse; sed liceat in re summe obscura, in qua nemo facem praetulit. De hoc tripudio intra limites funiculi iterum sermo occurrit in fine ad Tabulam CCLXXVIII.

Subsequitur in Tabula CCXXX. alia saltatio, in qua duo Fauni faces ardentes quatiunt. Id quoque adcessorium aliquando interveniebat in tripudiis. Athenaeus loc. cit: νάρθηκας, ἢ λαμπάδας φέρουσι, ὀρχοῦνται τά τε περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδοὺς, ἔτι τὰ περὶ τὸν Πενθέα.

tes Ferulas, & lampadas ferunt, saltandoque repraesentant Bacchi res gestas, solatios ludos, & Penthei supplicium. Nec mirum, cum Liber ab Orpheo vocetur, πυρίσπορε, *igneo semine*, eamque Hippam ejus nutricem ipse pariter adpellet

. . . . ἀγαλλομένην
Νυκτερίων χορῶν, πυριβρεμέταις ἰαχαῖσι.
. . . . *gaudentem*
Nocturnis choris, igne strepentibus vociferationibus.

Erant praeterea lampadophoria sacra admodum venerabilia apud Aegyptios, ad Graecos translata, in quibus, sublatis facibus ardentibus, saltare solebant; de quo argumento alibi sermo incidet.

In linea inferiore adolescens conspicitur Toga nuper sumpta investitus, cui seniores, qui adstant, loco xenioli speculum Etruscae formae offerunt.

Occurrit in Tabula CCXXXI. alia saltatio, quae fit ad numeros crepitaculorum praecipuae formae; constant enim ex aereis lamellis sibi invicem obcurrentibus, manubrio firmatis. Una ex Bacchis praelonga ferula ictum minatur consortibus, Fauno tamen plagam impediente. Fuit id genus saltationis, cujus nomen ξύλου παράληψις, *ligni in manus sumptio*, ut refert idem Athenaeus loco citato. Plagulis jocosis se invicem tripudiantes in hac saltatione feriebant, ut etiam nunc adsolent Macci, & Mimi.

Inter novos Togatos conspicitur Dea Juventa, quae horum uni coronam offert.

In Tabula CCXXXII. gemini Fauni cum totidem Maenadibus saltant. Harum una tamquam Choriphaea Tyrsum gerit.

TAB. CCXXXIII.
PROCESSUS, ET SALTATIONES BACCHICAE.

QUam prolixus, & varius fuerit incessus, & ordo Bacchantum, saepe in priore Libro, & in praesenti notavimus. Furialia vero tripudia ubique interveniunt. Livius Lib. XXXIX. ait, *Viros, velut mente capta cum jactatione fanatica corporis, matronas Baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tibe-*

rio. Unde Orpheus in Hymno Dionysi Bassarei Trieterici:

Εὐαί, μάκαρ σκιρτητά, φέρων πολὺ γῆθος ἅπασι.

Evoe, beate saltator, ferens magnam laetitiam omnibus.

Nec aliter, quam horrisono strepitu excitari poterat Bacchus apud Inferos dormiens, ut hilaritatem pristinam resumeret.

Praeit igitur in hac Tabula Baccha cum tympano laciniato, & face; Faunus vero subsequitur cum ferula, cui amplior, atque diffusa vitta suspensa cernitur, fortasse restis, de qua infra.

Tab. CCXXXIV.

SALTATIO AD RESTEM.

Innuimus supra viguisse apud antiquos genus saltationis, quod adpellabant *restim ducere*, in quo pueri, & puellae manus conserti choreas agitabant. Terentius in Adelph. IV, III, 34:

Tu inter eas restim ductans saltabis.

Livius quoque Lib. XVII. refert hanc pompam prodigiis quibusdam procurandis Romae fuisse adhibitam: *Per manus reste data, virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt.* Multiplex ille fuit; nam aliquando psallentes coronam integram firmabant, restem manu arcte stringentes, ne loco caderent, quo spectare putavi cordam illam jacentem, de qua supra in Tab. CCXXIX. Saepius vero sibi pari fortitudine adrepta corona, illam invicem e manu aemuli vindicare, & sibi acquirere decertabant. Quod genus athleticae exercitationis vocabatur στεφανίτης ἀγών. Ne tamen putes coronam hanc ex stirpe, & floribus constasse, quin intrinsecus ferream, sive aeream non occultaret, alioquin primo tractu disjecta victoriam semper in dubio reliquisset. Id certamen coronarium etiam in Bacchanalibus admissum fuisse, ostendit haec Tabula, in qua gemini athletae circulum ferreum utrinque rapiunt, immo & ictu saxorum, quae stringunt in manibus, ferociter contendunt. At quaenam jocularia abfuerunt ab hisce Sacris?

Hoc genus certaminis frequens fuit in Etruriae, & Piceni Urbibus, praecipue vero apud cives Cuprae Maritimae; nam saepe in sepulcris, quae passim in illis locis effodiuntur, ubi praesertim humatio in

uso

usu fuit, annuli aerei conspicuae magnitudinis inveniuntur, sectis eminentibus nodis distincti, qui aut supra caput mortui dispositi, aut in manibus collocati, sine dubio monumenta sunt reportatae in hoc ludo victoriae, & fortitudinis testimonia, ut alibi indicavi, atque citato, refert vir doctissimus, ac religiosissimus Franciscus Bonada in eleganti opere inscripto *Carmina ex Antiquis Lapidibus* Tomo II. Dissertat. VII. pag. 131. Annulorum hujusmodi aliquos habeo in Museo meo, erutos e tumulis ejusdem Cuprae Maritimae, ex dono Cl. Praesulis Stephani Borgiae a Secretis Sac. Cong. de Propaganda Fide.

Illustrat id institutum aeneum Sigillum Herculis Etrusci operis, pariter in meo Museo hujuscemodi circulum nodis distinctum in capite gestans, item & protome ejusdem Herculis in bulla plumbea apud Ficoronium, quibus argumentis, & signanter evidentissimo hujus Picturae intelligimus, hanc etiam partem gymnasticae apud Etruscos, & Picenos floruisse; nam praesens Vasculum, quod in amplissimo Cimeliarchio inclyti, & doctissimi Praesulis Marii Guarnacci adservatur, ex agro Volaterrano defossum est. Adhibebantur etiam & serta; nam unum ex his, linea tamen cuprea scitissime inserta dissolutum, ex eadem Cupra Maritima erutum, domi adservo. Haec testimonia virtutis, veluti coronae cum mortuis sepeliebantur, auctoritate Legis, de qua Cicero de Leg. II. 24: *Illa jam significatio est laudis, ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, & ei, qui peperisset, & ejus parenti sine fraude esse lex impositam jubet*. Quod etiam repetit Plinius XXI. 3.

In altero latere ejusdem Vasis, quod totum ambit corona vitiginea, veluti umbraculum utriusque historiae, geminae mulieres tunicatae conspiciuntur, quarum una virgam contortam in spiram, & canistrum cum bacillo defert; altera vero columbam cum lauri ramo. Anne haec sunt praemia Athletarum, quos supra exposuimus?

Tab. CCXXXV.

DII IN BACCHANALIBUS.

Dii singuli propria sibi sacrificia usurpabant, & victimas, quas confundere piaculo tribuebatur, in tantum, ut Olympias Alexandri Mater filio suo in totius Orientis victoria occupato sollicite coquum commendaverit, veluti rituum sacrorum peritissimum, ut pote qui sciret omnia sacra patria sua, quomodo peragerentur & pura, & dicastica, & Bacchica, & alia prorsus omnia, in quibus ejusdem Mater Olympias victimas immolabat. Et revera ea sacra inter se repugnabant circa modum, & conditionem victimarum, sexum, aetatem, & colorem. Attamen quando Dii interveniebant cum Baccho, ejus sacris contenti erant; nam conveniebant aliquando. Ovid. Fast. I:

Festa corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi,
Tertia quae solito tempore bruma refert.
Dii quoque cultores gelidi venere Lycei,
Et quicunque jocis non alienus erat.

Igitur dum Satyriscus hirsutam tibiam inflat, Deos hospites habet, & decoros auditores, Lunam cum face, Palladem cum lancea, & Apollinem cum ramo lauri, capite tamen Bacchanali more culto, cum reticulo. Inanis ille adventus simulari solebat in Bacchanalibus; nam consortes sacrorum habitu Deorum larvati populo sese ostentabant, quod multiplici exemplo, & auctoritate alibi demonstravimus. Idem factitatum fuisse in sacris Isidis, testatur Apulejus.

Tab. CCXXXVI.

SORTITIO.

Adstat arae Baccha Numinum favorem implorans, dum jactu talorum sortem aliquam tentat. Tesseras quatuor e manu excutit, dum totidem cecidere super altare. Eandem actionem rursum expressam videas in Tomo praecedente.

Ex-

Exsultat Fauniscus assilans prae gaudio, quod sortitio prospere successerit, vel quia desormes illae corporis contorsiones in Sacris hisce solemnes essent, & praesertim saltationes. Serv. in Eclog. V: *In religionibus ideo saltabant majores, quia nullam corporis partem esse volebant, quae non sentiret religionem*. Ubi vero non interveniret saltatio, pedem unum saltem sustinebant, quod saepe observavimus in his Picturis. Quin & aliquando sacrorum Ministri, qui recta stare deberent, summis pedibus tantum insistebant, quod notavimus in Acherontico, adductis veterum sigillis caeremoniam hanc confirmantibus, & praemissam in notis ad *Lucernas fictiles* Tomo I.

In Bacchicis vero concitatior motus exquirebatur, ut animi motum ex incursu Numinis simularent, ut ait Livius Lib. saepe citato XXXIX: *Viros velut mente capta cum jactatione fanatica corporis vaticinari*. Et Statius Achill. I:

Magnaque difficili solventem brachia motu.

Tab. CCXXXVII. et CCXXXVIII.

SALTATIO AD TIBIAS.

Haec etiam Pictura Bacchica pertinet ad solemnitatem togae virilis adolescenti admotae. Baccha tunicata tibias inflat, dum Faunus solitarius tripudiat. Ejus gestamen non ferula, aut thyrsus est; sustollit vero nodosum baculum, gestamen praecipuae saltationis, quae ab Athenaeo loc. citato adpellatur ξύλου παράληψις, *lignum in manibus sumptum*.

Negotium praecipuum hujus Vasis facit inscriptio in imo adposita, Graeca quidem, sed litteris Latinis expressa, ex qua scribendi forma Vas illud illi aetati adtribuimus, qua Populi dominatoris mores universa jam obtinebant, vix relictis patriae linguae vestigiis, & formulis, praesertim in Sicilia. Lemma igitur ANDRIAS plura significare potest, nempe nomen Artificis, quod tamen hactenus ex hoc uno exemplo acceptum haberemus. Praeterea Ἀνδρεῖα apud Cretenses, teste Plutarcho in Lycurgo, significabat convivia illa, in quibus soli Viri introducebantur. Sed adridet conjectura vocem hanc Ἀνδρεῖα significare animi;

nai, & corporis magnitudinem, & quodammodo ingressum in aetatem virilem, quam ephebi adirent, seu potius vox ista importabat faustam illam acclamationem, per quam animi magnitudo hisce adolescentibus augurari soleret.

Tab. CCXXXIX. et CCXL.

BACCHUS, ET BACCHA DISCUMBENTES.

IN Nuptialibus Bacchanalibus, cum universa celebrata essent inter Antistitem supremum, atque Antistitam, quae veras Nuptias simularent, succedunt nunc Convivia solemnia inter ipsos instituta. Bacchus barbatus, & coronatus discumbit in lectulo, ad ejus pedes reclinata cernitur Baccha habitu coenatorio, hoc est deposita tunica inferiore, sed pallio, & synthesi tantum assumpta, quae tenuissima erat, & vix sinistrum humerum, & inferiora tegebat, nudo pectore, & ventre, & dextero brachio penitus absoluto. Hoc eodem cultu adornatae in Ossuariis defunctorum imagines convivantium more expressae, de quibus alias sermo incidit. Videas hic morem, quo convivantes sese mutuo respicientes salutare solebant, sublato cratere, & immisso digito in unam ex ansulis. In festis vero Bacchi solemnia frequentabantur convivia. Ovid. Trist. Lib. V. Eleg. III:

Illa dies haec est, qua te celebrare Poetae,
Si modo non fallunt tempora, Bacche, solent;
Festaque odoratis innectunt tempora sertis,
Et dicunt laudes ad tua vina tuas;

& Propertius Lib. IV. Eleg. VI:

Candida nunc molli subeant Convivia luco,
Bacche, soles Phoebo fertilis esse tuo.

Haec vero potissime celebrata fuisse in Orgiis, manifeste testatur Livius Lib. XXXIX: *Additae Religioni vini, & epularum voluptates, quo plurium animi illicerentur.* De quo plura addidimus infra ad Tab. CCLIII.

Utrique discumbentium distincta mensa adparata est, in qua fercula separatim utrique adponerentur, quod etiam in sequentibus Tabulis observandum occurrit. Sub mensa vero Bacchi consurgit basis quaedam qua-

quadrata: crepidinem foci sacri esse conjicio, cui tripus imponeretur, vel hasta luceret. Tibicina convivium Musicis modis exhilarat.

Adparatum convivalem Etruscorum exactissime nobis describit Athenaeus Lib. IV. pag. 144: Παρὰ δὲ Τυῤῥηνοῖς δὶς τῆς ἡμέρας τράπεζαι πολυτελεῖς παρασκευάζονται· ἐπί τε στρωμναί, καὶ ἐκπώματα ἀργυρᾶ παντοδαπά, καὶ δούλων πλῆθος εὐπρεπῶν παρέστηκεν, ἐσθῆσι πολυτελέσι κεκοσμημένον. Τίμαιος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, καὶ τὰς θεραπαίνας φησί, παρ' αὐτοῖς μέχρι τοῦ ἂν ἐφήβων γένωνται γυμνὰς διακονεῖσθαι. Μεγασθένης δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἰνδικῶν, τοῖς Ἰνδοῖς φησιν, ἐν τῷ δείπνῳ παρατίθεσθαι ἑκάστῳ τράπεζαν, ταύτην δ' εἶναι ὁμοίαν ταῖς ἐγγυθήκαις, καὶ ἐπιτίθεσθαι ἐπ' αὐτῇ τρύβλιον χρυσοῦν, εἰς ὃ ἐμβάλλειν αὐτοὺς πρῶτον μὲν τὴν ὄρυζαν ἑφθήν, ὡς ἄν τις ἑψήσειε χόνδρον· ἔπειτα ὄψα πολλὰ ἠρτυμένα ταῖς Ἰνδικαῖς σκευασίαις. *Apud Thuscos bis quotidie sumptuosae mensae parantur cum stragulis floridi coloris instratis, ac multifariis ex argento poculis, et magno servorum numero, qui decoris, ingentisque pretii vestibus induti adsistunt. Timaeus Libro I. Historiarum prodidit, apud illos etiam ancillas, quousque adultae sint, nudas ministrare. Megasthenes Indicorum Libro II. inquit, adponi suam cuique mensam, eamque similem arcae, insuperque repositorio, ac super ea catinum aureum, in quem primum conjiciunt oryzam coctam, vel alicam, si forte jam cocta sit; deinde obsonia multa scitamentis Indicis, ac patriis condita.* Hunc mensae ornatum magis expresse intuebimur infra in Tabulis sequentibus.

TAB. CCXLI.

IDEM ARGUMENTUM.

Recumbit in lectulo convivali Bacchus barbatus cum Baccha, & geminis ex eodem choro mulieribus cum corona hederacea, dum altera Baccha distinctis cornuum inflat. Id instrumentum solemne fuit in pompa Bacchi. Ovid. Metam. IV. 391:

Tympana cum subito non apparentia raucis
Obstrepuere sonis, et adunco tibia cornu,
Tinnulaque aera sonant . . . .

Convivae universi elata manu plausum ciere demonstrant.

TAB.

TAB. CCXLII.

IDEM ARGUMENTUM.

DUm Bacchus surgit e triclinio innixus ferulae, genii, qui adhuc discumbunt, gestu manuum vel cantant, vel plaudunt ad modos Tibicinae.

Sub lectulis conspiciuntur abaci instructissimi, quibus imposita videntur quaedam volumina, fortasse mapparum, e quibus pendent ligamina nodis in extremitate conspicua. Adsunt etiam globuli, nempe panes, aut gutti unguentarii.

Urceolus, sive simpulum pendet e pariete ad Deorum libationes; praeterea circum conspiciuntur capita plurium clavorum, qui multi in coenaculis esse debuerunt, e quibus flores, coronae, serta, offae, cingula, vittae, & hujusmodi alia suspendi solebant.

In linea inferiore conspicitur consueta caeremonia ditionis Togae, sed Togatum, qui adstat cum hasta bicuspide, Larem publicum esse dubito, quia, ut vidimus in Tabulis Tomi I., hoc genus teli Laribus tribui solebat; nec unico exemplo demonstravimus, Larem publicum, aut domesticum paganico habitu vestitum inveniri.

TAB. CCXLIII.

IDEM ARGUMENTUM.

IN hac convivii imagine, quae prioribus maxime respondet, duo potissime observanda sunt; lucerna procero hastili imposita in medio coenaculi; nam non solum pensiles habuerunt, e quibus multas habeo in mea collectione, verum etiam ita pervias in centro, ut infixae hastilibus pro libito elevarentur, & deprimerentur.

Minister nudus adstitit coenantibus, quod lautiores facere consueverunt, ut liquet ex anaglyphis, nec semel ex hisce Picturis. Hanc tamen licentiam melior aetas reformavit, inductis pocillatoribus succinctis, de quibus fusius egi in Opusculo *de Cultu Genii*. Ceterum convivia splendidissima in Bacchanalibus frequentari solebant. Ovid. Fast. I. de Bacchanalibus

Dul-

Dulcia qui dignum nemus in convivia caeli
Gratantur vestris accubuisse choris.

Ex Statius Achilleid. II. de Bacchico convivio:

. . . . subeunt qualis Mareotide ripa
Cum Scythicas rapuere domos, & copia Getarum
Moenia suppositis epulatur Bistonum arvis.

Tab. CCXLIV., et CCXLV.
CONCENTUS BACCHICI.

Silenus choriphaeus sedens tibias pares stringit concentum parans; adstat cytharoedus sub adspectu Apollinis cum cythara, & lauri ramo, & tres Mulieres ex choro Bacchantum, quae totidem Musas simulant, & caelestem formam mentiuntur. Harum una scriniolum gerit ad togam Adolescenti deprommendam. Reliquae effictum subeunt cum volumine, & cythara, veluti carmen parantes, maxima enim affinitas intererat inter Bacchum, & Musas, quorum omnium exercitium circa hilaritatem versabatur.

Ternarium Musarum alias vidi in marmoreo Sarcophago, minime demiratus, cum tres tantum ab initio fuerint constitutae, Pausanias in Boeot: οἱ δὲ τοῦ Ἀλωέως παῖδες ἀριθμόν τε Μούσας ἐνόμισαν εἶναι τρεῖς, καὶ ὀνόματα αὐταῖς ἔθεντο Μελέτην, καὶ Μνήμην, καὶ Ἀοιδήν. *Aloei quidem filii Musas numero tres religione statuerunt; nomina vero illis imposuerunt, Meleten, Mnemen, & Aoeden, quasi dicas meditationem, memoriam, & cantionem*; Subdens, Pierum Macedonem multiplicasse dicit post ex oraculo earum numerum usque ad novem.

Sequens Tabula CCXLV. Bacchum exponit sedentem super tigridis corio, dum cytharistria canit adstantibus Faunis, quorum unus hydriam vini praegustat.

CLASSIS XIX.

LUDI, SPECTACULA, ET FABULAE STUDIOSIUS ORDINATAE IN BACCHANALIBUS.

TAB. CCXLVI., ET CCXLVII.

FABULA THEATRALIS.

EX sequentibus Tabulis eruimus actiones quasdam, quae nulli fabulae, aut historiae nobis notae possint adtribui, quinimmo ut plurimum jocosae, ut sine macula oscitantiae ad Comoedias Thuscas referre illas valeamus. In hac Urnula gemini actus reperiuntur, sed ut puta ad eumdem finem tendentes. In primo adspectu videas binos nudos aliquod negocium tractantes, ac si mentito habitu aliquid imponere moliantur. In altero vero unus cum sagulo, galeatus virgam centurionalem sustinens intendit in alium pari habitu indutum, sed sine symbola officii, veluti militem gregarium aliquid sibi narrantem. De his nullum judicium produci potest, nam Comoediae Etruscae, quae ab antiquis Scriptoribus celebrantur, penitus interiere, quemadmodum & fabulae illae celebres olim apud hunc populum, quas memorat Plinius Epist. V. Lib. V., dum ait: *Audias fabulas veteres, sermonesque majorum*; quasque ille sibi exponi in Etruria gaudebat, nullae supersunt.

TAB. CCXLVIII.

HERCULES ANTHEUM SUFFOCANS.

CUm Orgia celebrarentur, simulque in illis toga adolescentes induerentur, inter spectacula populo exhibita illa potissimum seligebantur, quae juvenilem animum ad virtutem, & fortia facta excitarent. Ecce nunc unum ex facinoribus Herculis, qui Antheum ferocissimum hominum, sed Terrae filium immortalem, donec

nec Matri adhaereret, sublatum a terra suffocavit. Adest a tergo Mater Terra exclamans pro nati periculo; ast favet Herculi Pallas, perpetua laborum comes, virtutisque symbolum, cujus auspicio athla universa feliciter consumavit.

Mirabundus adstat Eurysthaeus, & stupens, quod Herculis virtus acerbissima quaeque ejus mandata superaverit.

TAB. CCXLIX.

HERCULIS FACINORA.

Occurrit iterum Hercules dicens:

Hic Caelum tenere scit.

Fabulae initium sustulit Servius Aeneid. IV. 246: *Atlas peritus astrologiae fuit; nam & siderum cursum deprehendisse dicitur, & Herculem docuisse*; & Tzetzes Chiliad. XII. v. 140:

. . . . Ἡρακλῆς Αἰγύπτιος τὸ γένος,
ὅστις ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος ἄστρων ἔσχεν [illegible].
. . . .
Ὁ Ἄτλας δ' ὁ παρ' Ἕλλησιν, ὁ Λίβυς ἀστρολόγος.

. . . . *Hercules Aegyptius genere,*
Qui ab Atlante astronomiam habuit doctam.
. . . .
Atlas, qui apud Graecos, Libys astrologus.

Fabulae additum fuit mysterium, ut Hercules nihil esse crederetur, quam tempus. Sic Probus in Comment. Virgilii: *Physici enim Herculem tempus esse dicunt, interpretantur; ideoque ei populum assignant allegorice, quia bicolor sit, & sic partes temporis accipere possimus diem, ac noctem*. Haec sententia ab Orpheo manavit, ubi in ejus Hymno Deus ille ita describitur:

. . . . χρόνου πάτερ, ἀθάνατ', [illegible],
. . . .
Παμφάγε, παγγενέτωρ . . . .
. . . .
Ὃς περὶ κρατὶ φορεῖς ἠῶ, καὶ νύκτα μέλαιναν.

. . . . . *temporis pater, aeternoque venerabilis.*

. . . .

Omnia edens, omnia creans . . . .

. . . .

Qui robore fert auroram, & noctem nigram.

Adstat illi Alcmena mater eminenter coronata, quae filii facinus admiratur. Introductam puto in fabulam theatralem anatopismo comicis familiari, ut actio debitam extensionem adciperet, quemadmodum Seneca in Hercule Oeteo eamdem, licet absentem, filio suo copulavit; quinimmo ejus benefacta jactantem describit:

Vestrum Alcides cervice meus
Mundum, Superi, Caelumque tulit,
Cum stelliferi vector Olympi
Pondere liber spiravit Atlas.

In linea inferiore idem Hercules ad Hesperidas profectus aurea poma decerpit, Dracone custode perempto. Tzetzes Chiliad. II. v. 256. de Eurystheo:

. . . . μῆλα
Ἐξ Ἑσπερίδων κομίζειν, ἐκ τῶν Ὑπερβορέων,
Ἥρας τὰ μῆλα τὰ χρυσᾶ, ἅπερ ἐν γάμοις ἔσχε,
Ἐν τοῖς Ἥρας νυμφικοῖς κάλλιστον ἕδνον εἶναι.

. . . . *jubet*
Ex Hesperidibus ferre, & Hyperboreis
Junonis poma aurea Juppiter, quae in nuptiis habuit,
In hortis speciosissimis ut pro pulcherrima dote essent.

Et Hyginus Fab. L: *Draconem immanem Typhonis filium, qui mala aurea Hesperidum servare solitus erat, ad montem Atlantem interfecit, & Eurystheo regi mala attulit.* Hic Draco, qui biceps hic pictus est, ex Phorco, & Ceto progenitus erat, ut scribit Hesiodus in Theogonia vers. 333:

Κητὼ δ' ὁπλότατον, Φόρκυϊ φιλότητι μιγεῖσα,
Γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης
Πείρασιν ἐν μεγάλοις παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει.
Τοῦτο μὲν ἐκ Κητοῦς καὶ Φόρκυνος γένος ἐστί.

Ceto vero postremum natu, cum Phorco amore mixta

Pepe-

Peperit gravem serpentem, qui obscurae in latebris terrae,
Finibus in amplis prorsus aurea mala custodit;
Hoc quidem ex Ceto, & Phorco genus est.

Hujus nomen prodidit Apollonius Lib. IV. Argonaut. dicens, *Ladonem* fuisse nuncupatum.

Arbor, quam Draco multiplici volumine circuit, loco frondium ostentat bracteas, & lamellas, quales describit Ovidius Metamor. IV, 17:

Arboreae frondes auro radiante nitentes,
Ex auro ramos, ex auro poma ferebat.

De hac arbore circumferebatur vaticinium Themidis, de quo ibi Ovidius ipse:

Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro
Arbor, & hunc praedae titulum Jove natus habebit.
Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Moenibus, & vasto dederat servanda Draconi.

Nympha adstans una est ex Hesperidibus, quam Hercules propitiam habuit in hoc facinore, ut patebit ex infra dicendis. Hanc vero Picturam mirifice illustrat sculptura ex cedro, quam observavit Pausanias Eliac. lib. I. in thesauro prope Saturni aedem: Ἄτλας μὲν πόλον ἀνέχων ἐπὶ Ἄτλαντος. ἔστι δὲ Ἡρακλῆς καὶ δένδρον τὸ παρὰ Ἑσπερίσι τῶν μήλων, καὶ περιειλιγμένος τῷ δένδρῳ ὁ δράκων. κέδρου μὲν καὶ ταῦτα. *Est Atlas Caelum sustinens. Hercules ad Hesperidas venit, & Hesperidum arboribus malorum Draco spiris involutus; e cedro sunt omnia.*

TAB. CCL., ET CCLI.

IDEM ARGUMENTUM.

IN pulcherrimo hoc Vase, quod olim Panormi in Bibliotheca eorum, qui Patres Societatis Jesu audiebant, servabatur, iterum nobis occurrit eadem fabula Herculis poma Hesperidum subripientis: dum enim ille procedit in occursum Palladis gratulabundae, subsequitur una ex Nymphis Hesperidum, quae elata manu ostendit Palladi unum ex pomis, veluti testimonium consummati facinoris.

Palladem virtutis symbolum semper Herculi adstitisse, jam ostendimus

rata in notis ad *Antiquas Lucernas* Tom. II. Hic vero in signum laetitiae ejus manum adprehendit.

Ultimus in tergum conversus, & quasi tantum hospitem ad ejus domum invitans, est benignissimus ille pastor Molorchus; hic enim tugurium incolebat prope silvam Nemeam, *qui Herculem venientem ad occidendum Nemeum leonem suscepit hospitio*, ut scripsit Servius Georg. III. 19. Hujus hospitii monumentum reliquit nobis Apollodorus Bibliothec. Lib. II: Παραγενόμενος οὖν ἐπὶ τὸν λέοντα, εἰς Κλεωνὰς ἦλθε, καὶ ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ· καὶ θύειν ἱερεῖον θέλοντι, εἰς ἡμέραν ἔφη τηρεῖν τριακοστήν· καὶ ἂν μὲν ἀπὸ τῆς θήρας σῶος ἐπανέλθῃ, Διὶ σωτῆρι θύειν· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, τότε ὡς ἥρωϊ ἐναγίζειν. εἰς δὲ τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας....... ἔπνιξε............ καταλαβὼν δὲ τὸν Μόλορχον, ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν ἡμερῶν ὡς νεκρῷ μέλλοντα τὸ ἱερεῖον ἐναγίζειν, σωτῆρι θύσας Διΐ, ἦγεν εἰς Μυκήνας τὸν λέοντα. *Quum idem* (Hercules) *ad locum Cleonas pervenit, ubi Molorchus vir, qui mercede sua victum sibi quaeritabat, ipsum hospitio excepit, cuique hostiam mactare volenti eam ad diem trigesimum servari jubet; nam si de venatione incolumis reverteretur, Jovi eam Servatori mactaret; si vero occubuerit, sibi tunc, velut Heroi inferias ageret. Post ubi in Nemeam pervenit, quaesitoque leone invento........ eum praefocavit.......... Sed ubi extrema eadem sibi die Molorchum, ut mortuo hostiam immolaturum deprehendit, Servatori Jovi sacris peractis, leonem Mycenas tradit*.

Pretium hujus Picturae summopere adaugent Inscriptiones, sed satis obscurae, aut minus diligenter exceptae. Inter Herculem, & Minervam accipio lemma ΑΘΕΙΑ, sive ΑΘΕΝ, hoc est ΑΘΗΝΑ.

A tergo Herculis duo nomina adposita cernuntur. Inferius ad ipsum pertinet ΗΕΚΛ, sive ΗΡΚΛ, quemadmodum habet Patera Etrusca apud Dempsterium Tab. II., ubi legitur ΗΡΚΛΕ, hoc est Hercules, de quo videnda, quae diximus in nostris ad idem opus Paralipomenis.

Superius nomen unius ex tribus Hesperidum Nymphis adumbratum est HOII, quod fortasse Eglen significat.

Molorcho vero litteris fugientibus adposita est inscriptio ΜΥΛΟΧΟ. Non vero ex hoc uno exemplo Artificum cacographia derivanda est, & mulctanda; nam in monumentis Etruscis nomina Deorum, & Heroum propria penitus omnia detorpata sunt populari tunc temporis dialecto.

Quod

Quod adtinet ad Nympham pomum aureum producentem in conspectu Minervae, nullam nobis ingerat admirationem utriusque in eadem actione coniunctio; nam idem observaverat Pausanias Eliacor. I: Ἑσπερίδες δύο φέρουσι τὰ μῆλα ὧν ἐπιτετράφθαι λέγονται τὴν φρουράν. *Hesperides duae mala ferunt, quae earum fuerunt commissa custodiae*: Quod utique evenire debuit, postquam ab Hercule fuerant decerpta; sic enim in fabulis tria tempora a Pictoribus coniunguntur.

TAB. CCLII.

HERCULES NESSUM CONFICIENS.

BAccha coronata ante aram, quae Bacchi Sacerdotem superiorem thyrso conifero decoratum adloquitur, fabulam adiectam inter Bacchinales pompas adsignat.

In ea Hercules Nessum Centaurum telo confodit, quod creditum sibi Dejanyram vitiare tentaverit in transitu fluminis Eveni. Fuemstabular ostendit palma apud Herculem adposita, ut inter duos dimicantes intelligamus, uter illorum victor extiterit. Ambo *chlamide contecta alte efferat brachium*, ut verbis utar apud Nonium Marcellum conservatis. Nessus vero hinnuli pelle se tuetur. Expressam hanc fabulam vidit in Laconicis Pausanias in throno Amyclaei: ἐπ' Εὐήνῳ τῷ ποταμῷ Νέσσον τιμωρούμενος. *Ad Evenum amnem Nessum interficit* (Hercules). Et rursus in Phocicis: Οἱ δὲ Νέσσον πορθμεύοντα ἐπὶ τῷ Εὐήνῳ τρωθῆναι μὲν ὑπὸ Ἡρακλέους, οὐ μὴν ἐπὶ καὶ αὐτίκα γε ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἐς τὴν γῆν ταύτην ἐκφυγόντα ἀποθανεῖν. ἐς δὲ ἄταφον, αὐτοῦ τε ὄζειν, ἐς ἀέρα τε ὀσμὴν ἀηδῆ καταλείπειν. *Narrant alii Nessum, qui portitoris ad Evenum amnem operam viatoribus navabat, non statim ab Hercule accepto vulnere occubuisse, sed intra hujus terrae fines effugisse. Ibi cum animam efflasset, a tetro insepulti cadaveris odore eandem aerem contraxisse.* Ejus sanguine infecta tunica Herculem ad Deos transtulit.

Tab. CCLIII., et CCLIV.

FABULAE THEATRALES.

PRior Tabula geminas actiones alicujus fabulae theatralis nobis exponit ex Comoediis Etruscis desumptas, sed nobis penitus obscuras. Vulcanum videtur interesse; nam in linea superiore ipse cernitur prope columnam, sive incudem contundentem cum Cyclopibus, qui malleis strictis aliquid mali minitantur domino officinae; ille vero fascina armatus contra unum in se irruentem bisulcum telum intorquet.

In linea, quae subest, lis componitur per adlocutionem. Nil ultra suggerit haec Pictura.

Tabula sequens aliquid simile nobis obiicit. Gemini silvestres homines hirciniis auribus praediti, aut, si mavis, Fauni cauditi, bipennibus armati alterum sibi ex eodem coetu occurrentem ferire tentant, paventem, & supplicem. At femina humi prostrata pietatem implorat.

In ima parte adolescens conspicitur nova toga indutus, post cujus terga corium victimae jam paratum cernitur, quo velatus rite adcedat ad Bacchi sacra suscipienda, de quo ritu videnda, quae praemisimus supra in Tomo II.

Tab. CCLV.

IDEM ARGUMENTUM.

EN alteram ex Thuscis fabulis ignotam, quam inscriptiones Actoribus adjectae faciunt obscuriorem. Super ingens suggestum sedet in throno immobilis mulier coronata cum sceptro, Dearum more; nam cella, seu templum donariis undique refertum est, speculo, patera, bulla cordiformi, & bucraniis vittatis, quae universa sunt testimonia non vulgaris religionis, & majestatis; superscripto lemmate PHYA, fortasse Rhea, Cybele, sive Tellus.

Eidem insultat vir armatus cum lancea, e cujus deformissimo rictu, veluti flumen, seu turbo effunditur; Graecum nomen illi adposi-

tum ΔΑΙΔΑΛΟΣ, nuncupatio nobilissimi Artificis, quae latine est *ingeniosus*, sive *industrius*. Alteri vero galeato, more Samnitico, qui telum in pectus matronae infigit, inscribitur ΕΝΥΑΛΙΟΣ, nempe epitheton Martis Ἐνυαλίῳ, derivatum ab Enyo sorore, vel matre Martis, quo saepe audit apud Graecos, & Latinos Poetas. Quis vero ex tam distinctis Actoribus fabulae machinationem assequatur?

In infima parte Tabulae Baccha super aram adtollit arculam pomis refertam, prodeunte ex illa adspergillo ad purgationem Tironis nuper admissi ad mysteria. Mantile ornatissimum cum libo ex his, quae Baccho offerebantur, e pariete pendet.

Tab. CCLVI.

FACINUS CASTORIS.

Vas istud eximiae magnitudinis, & elegantiae Bononiae diu admiratus sum in aedibus excelsae Familiae Bentivolae, dum apud Eminentissimum ejus Urbis Legatum Cardinalem a Cognitionibus essem. In parte potissima hujus Picturae Heros Laconico cultu procedens, commisso cum duobus armatis certamine, altero jam subjecto, ac captivo, reliquum subigit, qui dimisso clypeo, confractaque lancea, vultum manibus operit, ne se necantem adspiciat. Castorem hic intueor, cum de consilio Pollucis fratris Leucippidarum rapinam molitus est, quas cum Apharei filii Idas, Lynceusque rapuissent, atque cum maritis, magnaque dote Messenen contenderent, occurrentes Dioscuri virginum rapinam moliti sunt, atque armis rem perficere constituerunt. At commissi inter utramque partem certamine, consilium initum est, ut soli, Lynceus, & Castor decertarent, victorique maneret praeda. Rem absolvit Theocritus Idyll. XXVII., a quo alter dimicans describitur habens [illegible] *fortem hastam sub scuti circumferentia*; quemadmodum a Pictore in hoc Vase utrque etiam expressum est. Hastae inter pugnandum fractae ceciderant:

> [illegible]
> [illegible]

Verum extremitates, praefixum quempiam habebant,
Hastarum frangebantur.

Et revera etiam Castoris lancea immissa cernitur. *Enses* quoque adhibiti in certamine:

Τὼ δ' ἄψ ἐκκολεῶνε ἐρυσσαμένω ξίφε' αὖτις
Τεῦχον ἐπ' ἀλλήλοισι.
Illi duo vero ensibus a vaginis educatis rursus caedem
Struebant sibi mutuam.

Lynceus saucius

. . . . . . ξίφος ἔκβαλεν. αἶψα δὲ φεύγων
Ὡρμᾶτο ποτὶ σῆμα πατρὸς.
. . . . . . *abjecit ensem, & statim ad fugiendum*
Incitabatur ad patris sepulcrum.

Hunc fugientem gladio percussit Castor, eique vitam subripuit, & victor extitit, quam actionem antiquus Pictor, ut horrorem cadaveris vitaret, in Vasculo funestissimae celebritati dedicato in trophaeum convertit, expressitque Lynceum non exanimem, sed vulneratum supra clypeum suum humi sedentem, manibusque revinctis ad arboris truncum, veluti captivum. Hujus facti monumentum extabat adhuc tempore Pausaniae, ut refert in Laconicis: τρόπαιον ἔστηκε. Πολυδεύκη δὲ ἀναστῆσαι φασὶν ἐπὶ Λυγκεῖ. *Trophaeum, quod a Polluce de Lynceo victo erectum memorabant.*

Hanc historiam prosequitur Theocritus narrans, Idam, qui ad sepulcrum Apharei consederat, furore agitatum columnam e sepulcro eruisse, ut illam in caput Castoris impingeret, sed a Jove percussum fulmine interiisse. At Hyginus Fab. LXXX. refert, Idam orbatum fratre, & sponsae oblitum curare coepisse ad fraterni cadaveris sepulturam, quod cum Castor prohiberet, ab hoc interfectus fuit sive gladio, sive casu columnae sepulcralis, quam fratri paraverat. Id cum Pollux accepisset, accurrens Idam interfecit. Hoc forte respexit Pictor, qui utramque historiam complexus est, & Idam forsitan vinctum delineavit. Immo enim est in fabulis quaerere firmitatem.

TAB.

Tab. CCLVII., CCLVIII., et CCLIX.

ARIMASPHI PUGNANTES CUM GRYPHIS.

UNa ex pompis, quae in Bacchica solemnitate circumferri solebat, veluti gratissima populo, erat pugna Arimaspum cum Gryphis; nam ad Bacchum pertinere putabant quaecumque ab India, quam ille subegerat, proveniebat. Formatis igitur simulacris eorumdem monstrorum, sive equis, aut aliis belluis ad illorum similitudinem deformatis, milites inducebant, exotico habitu ornatos, qui cum illis in foro, sive theatro bellum committerent. Morem hunc cognoscimus ex multiplici testimonio Picturarum, quas hic cumulamus. Fama enim increbuerat, haec avium portenta continuo pugnare contra incolas auri cupidos, quod Gryphi tenaciter custodirent. Ita Aelianus in historia Animal. Lib. IV. 27: [illegible] ...... [illegible] ...... [illegible] ...... [illegible] ...... [illegible]. *Gryphem, Indicum animal, audio similiter quadrupedem, ut leonem, esse; robustissimis item instructum unguibus, leonum similibus; tum dorsum ejus pennis totum nigris, anteriorem partem corporis rubris; alis vero candidis .... aquilino ore esse, & capite ....., oculis autem igneis .... Bactri autem Indi finitimi eos illic auri custodes esse, aurumque effodere aiunt. & simul ex ipso nidos construere ..... sed cum ad colligendum aurum homines accesserint, hos de pullis suis majorem in modum timentes pro eis pugnare, atque cum aliis etiam animalibus concertare.* Pausanias quoque in Atticis galeam Palladis describens eadem fere narrat: [illegible]. *Utrimque galeae partem Gryphes le-*

tenent. His cum Arimaspis, qui supra Issedones sunt, cum caussa assidue bellari, Aristeas Proconnesius carminibus testatus est. Plinius vero ceteris accuratius inter fabulosa monstra haec etiam recenset Lib. X. cap. 49: *Pegasos equino capite volucres & Gryphas aurita aduncitate rostri fabulosos reor, illos in Scythia, hos in Aethiopia.*

In hac igitur prima Tabula inducuntur milites barbarico cultu induti, unus pedes, alter eques, qui cum duobus Pegasis ferocientibus pugnant.

Huc spectat sequens Tabula CCLVIII., in qua cernitur caput viri peregrino galero contecti, qui equum regit, subsequente Grypho, nondum inito certamine.

Splendidior est pompa Tabulae CCLIX., in qua fervet bellum commissum cum hoc genere belluarum, indumentum militum, seu potius Amazonum omnino scenicum; ut equidem puto, Gryphos istos homines fuisse in eam speciem deformatos, qui carptim ambulantes ex condicto, actiones illas exprimerent, quae in progressu veri belli solent accidere, & ita hoc spectaculo populi gratia aucuparetur. Qui in hoc praelio Reginam Amazonum simulat, cydarim in capite gerit, & peltam sustinet, & amplissimo amictu ornatus conspicitur, ut personam non suam ad vivum repraesentet.

CLAS-

CLASSIS XX.

PICTURAE FUNEBRES.

TAB. CCLX., ET CCLXI.

ACHILLIS FATA.

CUltissima Etruscorum Natio exornare consuevit Vasa fictilia, cujuscumque usus illa forent, emblematibus convenientibus, semper tamen magnificentissimis, quae non modo ex heroicis fabulis, sed etiam ex divinis arcessebant, ut nihil prae manibus haberent, atque tractarent, quod non instrueret. Ita prorsus fecisse observavimus in Vasis gamelis, in quibus Deorum nuptiae nobis occurrunt, & reliqua humanae vitae officia grandibus hisce parergis nobilitantur. Mors omnium maximum negocium negligi non debebat, quin juxta mentem eorum temporum aliter insomnia. Ecce nunc in Vase cinerario Achillis mors a Graecis Scriptoribus tradita, tam exacte expressa, ut non Picturam, sed historiam legere nobis videamur.

Achillis mortem dolo adversariorum communiter adtribuunt Poetae. Ita Servius in Aeneid. III. 322: *Cum ad redimendum corpus Hectoris ab Achille etiam Polyxena venisset, adamata est. Quam cum Trojani fraude promisissent Achilli in uxorem, Paris post Thymbraei Apollinis simulacrum latuit, & venientem Achillem ad foedus missa vulneravit sagitta.* Fuit autem Templum Apollinis Thymbraei extra Trojam in Luco, de quo idem Servius loc. cit. vers. 85: *Thymbraee Apollo dicitur ab agro Trojae vicino, pleno Thymbra....... in quo & ara est, & templum, ubi a Paride Achilles occisus est.* Quintus vero Calaber Paralip. III. v. 30. ipsum ab Apolline sibi infenso sauciatum scribit:

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> *Sic ait, & inter nubes adspectum suum velavit,*

Atra-

Aeraque praetendens horrificum emittit ictum:
Et continuo eum sauciat in malleolum pedis; statimque aegritudo
Cor subiit, & subvertitur ad modum turris.

Et Ovidius Metam. XII. in fin:

Dixit, & ostendens sternentem Troja ferro
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum,
Certaque letifera direxit spicula dextra.

Pausanias vero a Paride, & Apolline Achillem interfectum refert in Atticis: Ἔτι Ἀχιλλέα μὲν Ὅμηρος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου φησὶ τοῦ Πριάμου, καὶ Ἀπόλλωνος ἀποθανεῖν. *Achillem enim Homerus memoriae prodidit ab Alexandro Priami filio, & Apolline interfectum*. Concilius discordiam Servius subdens, quod in Templo Apollinis occisus, *ubi fugiens manu Apollinis vulneratus*.

Hanc historiam explicant figurae in ista parte Vasis depictae. Juvenis nudus spectator cum fistula sub mentita imagine Apollo est, totius machinationis vel auctor, vel conscius. Paris in Achillem jam conlabentem ictus reduplicat. Exsanguis vero a Juvene armato fortasse Pyrrho ejus filio sustinetur, ac si illum tentet erigere. Revera Achilles in infausto hoc congressu, ut refert idem Q. Calaber, Graecos habuit socios, quibus Polyxenae necem demandavit. Servius loc. cit. vers. 322: *Tunc Achilles moriens petiit, ut, diruta Troja, ad ejus sepulcrum Polyxena immolaretur, quod Pyrrhus implevit*.

Catastrophe hujus Tragoediae conspicitur in Templo Apollinis quatuor columnis subfulto, & lauri ramis ornato, in quo, eodem Paride adstante, qui in tumulum unccolum sacrificio nuptiali praeparatum invenerat, jacet corpus exanime Achillis. E lacunari pendent totae currus votivae. Virgilius Aeneid. VII:

Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque secures,
Et cristae capitum, & portarum ingentia claustra.

Ex alia parte Templi Juvenis seminudus ingentem lapidem humeris adtollit, velati sepulcrum mortuo parans. Hisce industriis Pictores Etrusci non solum actum praesentem, qui revera indivisibilis est, sed etiam futurum ex praeparatione eorum, quae facienda sunt, demonstrarunt.

De

De hoc vero parergo alia mihi occurrit conjectura; quod nempe hic nobis objiciatur Ajax, qui, mortuo Achille, multos Trojanorum stravit, Paris vero in illum direxit jaculum, quod abiit inane. At vicissim Ajax in Paridem ingens saxum immisit. Quintus Calaber loco citato vers. 331

> Τῷ δ' ἐπὶ τόξ' ἐτίταινε Πάρις· τὸν δ' αἶψα νοήσας
> Χερμαδίῳ προέηκε κατὰ κρατός· ἐν δ' ἄρ' ἀράξε
> Ἀμφίφαλον κυνέην ὀλοὸς λίθος.
>
> *In hunc vero (Ajacem) arcum tetendit Paris, quem subito, re cognita,*
> *In caput lapide percussit, & fregit*
> *Galeam cristatam tristis silex.*

Vas illud pulcherrimum arae impositum intra Templum Apollinis anticipatio est sepulturae, quam Pictor ea, quae succedere debent, praemisso symbolo ostendit, ut totam simul historiam unico adspectu cognoscendam subjiciat. Homerus Odys. XXIV. v. 72

> Ἠῶθεν δή τοι λέξαμεν λεύκ' ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,
> Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ, καὶ ἀλείφατι· δῶκε δὲ μήτηρ
> Χρύσεον ἀμφιφορῆα· Διωνύσοιο δὲ δῶρον
> Φάσκ' ἔμεναι, ἔργον δὲ περικλυτοῦ Ἡφαίστοιο.
> Ἐν τῷ τοι κεῖται λεύκ' ὀστέα, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ.
>
> *Mane jam tibi collegimus alba ossa, o Achilles,*
> *Vino in puro, & unguento; dedit autem mater*
> *Auream amphoram, Dionysi autem donum*
> *Dicebat esse, opus autem inclyti Vulcani.*
> *In hac tibi jacent alba ossa, inclyte Achilles.*

Et Quintus Calaber III. 707:

> Τοῦ δὲ καὶ ὀστέα πάντα περιφραδέως ἐπάγειραν,
> Ἀλλήλων ἐς χηλὸν ἀπάργυρόν τε, βαρεῖάν τε,
> Ἀργυρέην· χρυσῷ δὲ ἐνωπῇ πᾶσ' ἐκέκαστο.
> . . . .
> . . . . αὐτὰρ ὅ γ' ἐν ἀμφιφορῆϊ
> Κεῖνται, τόν ῥά ποτ' ἐν Διώνυσος πόρε δῶρον
> Ἥφαιστος κλυτὸς ἔργον ἐμήσατο· ᾧ ἔνι θῆκαν
> Ὀστᾶ Ἀχιλλῆος μεγαλόφρονος.
>
> *Ossa autem illius omnia, cum gemitu, panos(?)*

Collegerunt in urnam capacem, & ponderosam,
Ex argento conflatam, quae fulgida circa tota insignita erat.
. . . .
. . . . Genitrix autem amphoram ipsi
Praebuit, quam olim Bacchus dono ipsi (Thetidi) *dederat,*
Insigne opus Vulcani, in qua reconditerunt
Reliquias magnanimi Achillis.

Satyriscus non inaniter, immo feliciſsime introducitur, veluti symbolum expiationum, quae secundum Thuscos per Bacchica Orgia fieri solebant, & quibus consecrationem potiſsime referebant. Hanc meam conjecturam confirmat posterior hujus Vasis adspectus, in quo ad ejus sepulcrum Bacchicus Minister inducitur ad libationes perficiendas.

In superiore hujus historiae parte geminae Deae conspiciuntur sacra expiatoria praeparantes. Quae velata, & coronata adparet, Juno, ut opinor, est cum ingenti patera, ovis, & adspergillo; aliam vero flosuram Thetidem esse reor, quae natum videns extinctum, dolorem suum videtur exprimere.

In collo Vasis pugna equitis cum pedite delineata est, fugiente retrorsum Amazone. Fortasse hic Achilles cum Memnone pugnat.

In Tabula CCLXI. ara sepulcralis Achilli sacra conspicitur, cujus metam in anteriore Vasis parte delineatam observavimus. Heroibus enim columnae super sepulcra statui solebant, ut Sarpedoni apud Homerum Iliad. π. v. 674:

Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε
Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
Ibi ei exequias facient fratresque, familiaresque
Tumuloque, cippoque; hic enim est honor mortuorum;

Et λ. vers. 369. pugnam describens Paridis cum Diomede:

Αὐτὰρ Ἀλέξανδρος Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο
Τυδεΐδῃ ἐπὶ τόξα τιταίνετο ποιμένι λαῶν,
Στήλῃ κεκλιμένος ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Ἴλου Δαρδανίδαο, παλαιοῦ δημογέροντος.
Sed Alexander Helenae maritus pulchricomae
In Tydiden arcum intendebat pastorem populorum,
Columnam praecisam habens viri facratis in sepulcro,

Ili

Ab Dardanidis, antiquis sedis honorati.

Et de ejusdem Achillis sepulcro Homerus Odyss. ω. v. 80:

> Ἀμφ' αὐτοῖσι δ' ἔπειτα μέγαν, καὶ ἀμύμονα τύμβον
> Χεύαμεν Ἀργείων ἱερὸς στρατὸς αἰχμητάων
> Ἀκτῇ ἔπι προὐχούσῃ ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ.
> *Circa vero ipsa (ossa) posuit magnum, & insigne sepulcrum*
> *Fudimus Argivorum sacer exercitus bellicosorum*
> *Littore in excelso in lato Hellesponto.*

Quintus Calaber Paralip. γ. 736:

> . . . . ἀμφὶ δὲ τύμβον
> Ἀργεῖοι, καὶ σῆμα πελώριον ἀμφεβάλοντο:
> . . . . *At bustum,*
> *Et ingens monumentum Graeci aggerarunt.*

Columnam enim cingit, quae aram pendentem coercet, quae ex lana constabant; quemadmodum Sichaei sepulcrum describit Virgilius Aeneid. IV. vers. 457:

> *Velleribus niveis, et festa fronde revinctum.*

Et Ovidius Heroid. in epist. Didonis ad Aeneam:

> *Est mihi marmorea sacratus in aede Sychaeus,*
> *Oppositae frondes, velleraque alba tegunt.*

Sed de illarum colore infra opportunius agemus.

Ad Aram funebrem adcedit Bacchus cum Ministro ferulam tenente, aliaque instrumenta, quae sacris erat necessaria. Haec iusta funebria non ab hominibus celebrantur, sed Achilli, uti Deo. Deus ipse parentat, cui ius adtributum putabatur animarum ab omni labe humanitatis expurgandarum. Haec illa est ara, in qua apud Ovidium Metamor. XIII. spectrum Achillis adparuit

> *Hic subito quantus cum viveret esse solebat*
> *Exit humo late rupta, similisque minanti*
> *Temporis illius vultum referebat Achilles,*
> *Quo ferus injusto petiit Agamemnona ferro.*
> *Immemoresque mei disceditis, inquit, Achivi?*
> *Obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?*
> *Ne facite; utque meum non sit sine honore sepulcrum,*
> *Placet Achilleos mactata Polyxena manes.*

TAB. CCLXII.

IDEM ARGUMENTUM.

ITerum nobis sese offert Achillis interitus, qui, fracta lancea, jamque corruens in terram jaculo Paridis interimitur. Hanc Picturam eidem adscribo motus suffragio circumstantium figurarum, quae individue ad hanc historiam reclamant. Nam sedet supra Mercurius ponderum inventor, & praeses, ut tradit Diodorus Siculus apud Gyraldum, & Natalem Comitem agentes de Mercurio, qui eximiam trutinam trunco suspensam examinat, in qua cadaver Achillis adpensum pari pondere redimitur ad sepulturam, quemadmodum Trojani a Graecis corpus Hectoris ad ultimum officium reparaverunt. Lycophron in Cassandra vers. 271:

[illegible]
[illegible]

Rursus redempto pro altero cadavere
Par pondus auri splendidi Pactoli
Ferent . . . .

Duo ex Musis circa Mercurium dolentes lessum faciunt. Lycophron ibidem vers. 273:

[illegible]
[illegible]
[illegible]

. . . . *Sed his urnam Bacchi mortuo*
Perfusa vultu lacrimis Libethridum,
Pinguis iacebat quae verticem . . . .

Hinc rursus observamus veterum religionem circa mortuos, quorum reliquias Baccho commendabant, ut constanti figmento tradiderint, ossa Achillis condita fuisse in urna a Baccho donata, ut ejus patrocinio anima mortui infestis a poenis omnibus in Caelum contenderet.

Erato in vertice Vasis non luget, sed fortibus constantior jam grandem tubam parat, qua futurus Homerus huic Heroi aeternitatem nominis impertiatur.

TAB.

Tab. CCLXIII.

PARS POSTICA EJUSDEM VASIS.

Jocosus hujus Picturae concursus mire congruit cum morte Achillis; convenit enim coetus Bacchicus Satyrisci, & Fauni, ut propriis illorum caeremoniis anima defuncti expietur. Uterque victimarum pellibus indutus est, ut jam alibi praemisimus. Adolescentior taedam praefefert expiatoriam; ambo vero Cupidinem arcitenentem humeris vectat, sub quorum imaginibus Heroum animae exprimebantur a Baccho in Caelum invectae.

Notandum est, Amorem illum, quem Satyriscus gerit, esse ex sexu foeminino, mamillarum indicio. Anne cum anima Achillis etiam altera Polyxenae in Caelum dirigitur? Achilles quidem nec defunctus caelibem vitam ducere sustinuit; nam, ut ex Ibyco tradit Natalis Comes, Medeam sibi uxorem copulavit, *ubi ille in campos Elysios post mortem descendisset*. Immo, si fides habenda est relationi, quam vulgavit Leonymus Crotoniatarum Dux apud Pausaniam in Laconicis, Achilles post mortem vivebat, & Helenam, pro qua jam certaverat, in uxorem sibi copulavit. Ita Auctor: [illegible] *Cum vero jam sanatus domum revertisset, commemoravisse Achillem se Ajacem Oilei filium, & Telamonis item Ajacem vidisse, eumque illis una Patroclum, & Antilochum, & Achilli quidem nuptam Helenam*.

Baccha discincta in collo Vasis mortuo justa persolvit.

Tab. CCLXIV., CCLXV., CCLXVI., CCLXVII., CCLXVIII., et CCLXIX.

IDEM ARGUMENTUM.

Lectissimi Vasis Vaticani imaginem producimus, senis Tabulis expressam. Geminae, quae praecedunt Tab. CCLXIV., & CCLXV., integram utriusque lateris speciem referunt. Duae sequentes objiciunt nobis Picturas, quae corpus Vasis exornant, reliquae vero, quae collum; universae tamen ad ejusdem Achillis apotheosin referendae sunt.

In Tabula CCLXVI. Thetis lugubri adspectu truncum Achillis corpus per Oceanum ad Fortunatas Insulas defert. Insidet Hippocampo, quo ductum Achillem puerum ab Antro Chironis ad Lycomedis aulam advexerat apud Statium Achilleid. I:

Excelso prospectat equo, qua curat petitque
Spumosa signat sulco, & liquido perit orbita ponto.

Cur vero truncum cadaver deportet, fateor ignorare; dubius, an detrimento antiquae Picturae, an recentis Pictoris incuria. Non enim raro haec sphalmata occurrunt in delineandis antiquitatum monumentis labefactatis, quemadmodum contigit in Tab. XXXVII. apud Dempsterum tom. I., ubi in Ossuario Etrusco Polyxenae sacrificium expressum est, & ex pari oscitantia Pictor pro corpore Virginis ingentem hydriam substituit, ut notavi in meis Paralipomenis, & in Dissertatione *de Picturis Etruscorum* Tom. I. hujus Operis. Ceterum mortuorum imagines ad Elysios transvectae semper integra humana specie a marinis monstris deferuntur, nusquam vero imminutae. At vereor, ne mysterium aliquod antiquae disciplinae Etruscae hic lateat, & truncum corpus significet crassiorem illam animae partem, quae in inferna deprimebatur. Ita Servius Aeneid. II. vers. 772: *Umbrae sunt inferorum. Sic Ulysses in Homero apud inferos umbram Herculis vidit, quia post mortem umbrae inferos, animae caelum petunt.*

Post Thetin jam a littore solventem humi sedens conspicitur Dea ve-

velum ex locrno adtollens, quam Tellurem exprimere puto, quae animam ex ejus imperio in caelum migrantem incertur. Id pererga solemne fuit in consecrationibus, nam in basi columnae Antoninae eadem suspicit Augustam animam, dum in caelum effertur.

Testis alter sedet Mars lancea armatus, & clypeo, qui mirabundus prospicit in altum animam Achillis sedentem in throno, & dexteram manum imponentem super parazonium. Virgilius Aeneid. VI:

. . . . *quae gratia currum,*
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Senex penulatus, innixus baculo vel Aeacus est, vel Lar familiaris. Utrumque apud Thuscos, qui Larium nomine intelligebant majores illos, qui familiam suam potissime extulissent, ut diximus in *Aeterantico* cap. XII. Hic vero supplici gestu Deum Caelum precatur, ut nepoti suo locum inter Divos adtribuat.

Quod vero Aeacus expostulat, idem elata manu imperat Juppiter, qui post senem conspicitur. Quid ni pronepoti suo? Nam ex Jove Aeacus, ex Aeaco Peleus est. Id vero officii merito huic seni demandatur; nam praeter vinculum sanguinis, ipse mortuorum judex, & discussor habebatur, sed inter conjudices minor. Servius Aeneid. VI. vers. 432: *Aeacus, & Rhadamanthus fratres minores.*

Deus Caelus, de quo in meis *Lucernis* Tom. I. Tab. VII. pag. 11., & in *Condictiis* super essiis *de Marmoreo Sepulcrali Cinerario Perusiae effosso* §. VIII. pag. XXVII., & seqq., circulum quadripartitum, veluti symbolum, & insigne suae potestatis, extollit, & conversus in Jovem jam indicat sphaeras, inter quas locum illi designarat. Id porro Thetidi promiserat Neptunus apud Q. Calabrum loc. cit. v. 770:

Οὐ γάρ μιν μινύθοντα κατὰ ζόφον οὐδ' ἐρέβεσσιν,
οὐδ' Ἀΐδης, ἀλλ' αἶψα καὶ ἐς Διὸς ἵξεται οὐδόν.

Nec enim lugubre fatum perpetuo cum tenebris praecipitet,
Et nec Pluto; sed mox ad limina Jovis sedes evehetur;

Et Ovidius Metamor. XII. de Achille:

. . . . *Nec inania tartara sentit.*

In Tabula CCLXVII., quae posticam partem hujus Vasis ostendit, cernitur umbra Achillis, quae judicium Proserpinae subit, ad cujus

jus aedem, cum insignibus prioris instituti, equo, & lancea munitus accedit. Ille sedens in throno, & sceptro mucronato insignitus advenam benigniter excipit. Hanc extremae discessionis traditionem adeo constanter testati sunt Pictores Thusci, atque Sculptores, tum & hi, qui Etruscis successerunt, ut frequentissime in monumentis sepulcralibus hanc ipsissimam actionem replicaverint; quod multiplici exemplo ostendi in notis ad Museum Nanianum, & saepissime videre est apud universos rei Antiquariae Collectores. Opportune Claudianus de Rapt. Proserpin. II:

Sub tua purpurei venient vestigia Reges,
Deposito luxu, turba cum paupere mixti.
Omnia mors aequat; tu damnatura nocentes,
Tu requiem datura piis . . . .

Heroibus mortuis tribuebatur equus, quo ut plurimum ad Elysios transvehebantur, quod late probavi in Dissertatione *de Transvectione Animarum* in Tomo III. *Gemmarum Astriferarum* pag. 110. Hinc inolevit, ut bellator equus mactaretur in funere, ut quodammodo anima equi umbrae domini sui obsequeretur, quin & in eodem rogo, quo heri corpus cremabatur, in parte discreta uri solebat etiam equus. Virgilius XI. vers. 89. in funere Pallantis:

Post bellator equus positis insignibus Aethon;

Militaris enim disciplinae fuit (ut ibi tradit Servius), *ut equus ad sepulcrum duceretur, positis insignibus suis phaleris*. Q. Calaber Lib. I. vers. 783. de Penthesilea:

. . . . [illegible]
[illegible]
[illegible]
. . . . *Is enim animo suo destinaverat,*
Puellam magnanimam, una cum armis, & equo,
In magnificum opulenti Laomedontis tumulum inferre;

Et Lib. III. vers. 718. de funere Achillis:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
Ultimum post alios, quo vecti erant, in mortuo honorem,

Equos

Equos, virosque, & quaecunque alia lacrimantes
Achivi, ex theſauris deprompta auguſta cadaveri adjecerunt.

Deprecatores adſtant circa Templum Proſerpinae Dii, Deaeque, quorum poſtremae ſublato pede in ſignum religionis vota obſerunt. Dii vero ſedentes arma Achillis adtollunt, teſtimonia virtutis.

Sequens Tabula CCLXVIII. Picturam oſtendit in collo Vaſis conſpicuam. Hinc cernitur Sol in quadriga, qui in Caelum contendit, veloci teſtis oculatiſſimus; nec enim alio curru in Caelum extolli debuerant principes populorum, quam principes planetarum: quod etiam obſervatur in baſi Columnae Antoninae, ubi apotheoſis hujus Imperatoris miro artificio ſculpta eſt, adſtantibus in quadrigis Sole, & Luna. Idem videre eſt in *Lucernis* apud Bartholium, & in aliis.

Quadrigam praecedit hinnulus maculoſa pelle conſpicuus, imago Caeli, cujus ſtellas pellis coloribus imitatur, ut ſupra notavimus in notis ad Bacchanalia.

Poſtrema hujus Vaſis Tabula CCLXIX. exhibet nobis quadrigam Solis, & Lunae ſtantem in medio Caeli, divergentibus hinc, & inde equis, ut ſaepe in Nummis.

Haec quadriga, cujus ſiniſtram tantum rotam conſpicimus, non in nubibus, ſed in carinae alveo conlocata cernitur, ſingulari quidem exemplo, ſed ſagaci conſilio; cum enim Sol in ſuo curru ſororem Lunam exceperit, ejus vehiculum ſubtraxit quidem, ſed non repudiavit. Luna enim humidae naturae regnum ſortita eſt, quare utroque juncto Planeta imperium Caeli, Terraeque, & Maris quinetiam cumulatum eſſe intelligitur.

In navis ſponda circa proram thalamium exſurgit, ſive jugum ad remum, veluti in centro conlocandum, atque verſandum, quemadmodum in puppi oculos navis ad rudentes emittendos, de quo videndus Bayſius *de re Navali*.

Ex una parte alacer Juvenis brevi tunicula indutus Lucifer eſt, qui elato gladio ſtellantem noctem depellit, ac dividit a die jam advenientе, clypeumque poſt ſe adducit, quo Solis diſcus ſignificatur; hoc enim nomine audit apud Aſtronomos, quemadmodum & Orbis apud Poetas. Propertius III. 1. 16:

Solis & aurati lucens orbis equis.

Ex

Et alia parte Hesperus nudus sed cum stella supra caput fulgente frena equorum suscipit. Apollonius Argonaut. III.

. . . . *Nox injicit equis juga*,

ne ad Occidentem declinent. Nam & velum noctis jam expandit. Virgilius Aeneid. I:

Involvens umbra magna terramque, polumque.

Ast nuncius iste noctis quaternas faces ardentes defert simul conjunctas; nam nox in quatuor spatia, quae faces vocabantur, dividi solebat. Macrobius Saturnal. Lib. I. 3: *Deinde vespera, quod a Graecis, tractum est; illi enim tempus a stella Hespero dicunt. Ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde concubia, & inde intempesta, cum media nox esse coeperit.* Praeterit quartam, quae inter mediam noctem, & auroram intercedat, & Suidas in [illegible] *Nox in quatuor vigilias dividitur*; & Censorinus de die Natali cap. 21: *Noctem quadripartito dividebant, idque testatur similitudo militaris, ubi dicitur Vigilia prima, item secunda, & tertia, & quarta.* Horatius vero has faces poëtice vocat lumina, Satyra VII. 33:

Maecenas iterum sub lumina prima venire
Convivam . . . .

Interea mirabar, quadrigam Solis Hespero rapiente habenas in occasum declinare, symbolo manifestissimo, quo mors Achillis denunciatur; at vero proram subjectae navis in oppositum ferri versus orientem, non sine maturo consilio Pictoris scitissimi factum est, qui totam hanc historiam ad mythologiae tramites exponebat. Meo quidem judicio haec fuit caussa oppositae directionis Navis Lunae, cujus vis naturae humanae proclivior est, vitam Achillis protrahebat in orientem, ut esset diuturnior; Sol vero, qui hunc Heroem in Caelum ferre contendebat, ad occasum properabat, Hespero mortis symbolo in eam partem urgente, & lora equorum excutiente, ut ad finem diei citius perveniret.

Tab. CCLXX., CCLXXI., CCLXXII., et CCLXXIII.

IDEM ARGUMENTUM.

Nondum ultimum vale diximus defuncto Achilli; nam ejus fata contemplamur in altero Bibliothecae Vaticanae Vasculo, cujus integrum exemplar exponit nobis prior ex Tabulis hic ſupra enunciatis. In altera vero ſubſequente obiicitur nobis Templum patens Tymbraei Apollinis, in quo per fraudem introductus Achilles a Paride poſt ſimulacrum latitante, telo emiſſo confoditur, delapſis ex ejus manu jaculis, & parma ex humero decidente.

Unus ex equis illis immortalibus ex Zephyro, & Podarge natis, ut refert Q. Calaber Paralipom. Lib. III, v. 747., quibus in bello utebatur, veluti opem laturus domino ſuo, ſeu potius dolorem exprimens pedem attollit, & hiante ore tamquam hinnitum emittit; ſed Paris, ne obſiſtat, illum fraeno cohibet, dum dextera ictum conlaberet reduplicat. Hic ille eſt equus, qui Achillem uſque ad inferos ſequutus eſt.

Dii, qui circumſtant, veluti jam mortuo juſta perſolvunt. Lar Domeſticus cum baculo, more Etruſco, nodis aſpero in crepidine Templi conſiſtit. Thetis mater acerram, & vittam offert, ad cujus pedes reclinata conſpicitur fatalis Urna, opus Vulcani, in qua Heroïs cineres erant reponendi, ut ſupra notavimus. Bacchus cum liſida vite occurrit funeri, & floream corollam ſepulcro ſuſpendendam defert; nam hoc honoris genere delectari mortuos inaniſſime reputabant. Juvenalis Satyr. VII. 207:

Dii majorum umbris tenuem, & ſine pondere terram,
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.

Thetidi ex alia parte reſpondet ſenex Peleus, qui coronam alteram, & malum offert; nam cum occubuit Achilles, adhuc ejus parens vivebat, atque inter querelas, quas mater fudit in morte filii, hanc etiam addidit. Q. Calaber loc. cit. Lib. III. verſ. 610:

[illegible]
[illegible]

[illegible]

Quid me invitam (Juppiter) viro comprimendam dedit,
Viro, quem tristis senilis corripuit senectus,
Itaque mortis finem addicentia jam fata pro foribus adstant.

Dea altera cum rosis, & pixyde pomalis onusta, thure fortasse, aut aliis aromatibus in funus conferendis, jam pompae tristi se parat cum alio ex Diis, qui corollam ingentem, & taeniam inde pendentem sustinet. Hujusmodi fasciolae, ut supra vidimus, columnae sepulcrali circumligari solebant.

Sequitur Tabula CCLXXII., in qua sepulcrum Achillis in formam Templi erectum invenimus. In infima parte sepulcri, veluti latens Urna cineraria indicata conspicitur, ut intelligeremus jam funus esse absolutum. In area Templi, & super Herois ossa conspicitur jam constituta columna, cujusmodi vidimus olim Perusiae e sepulcris erutas, & in formam balausti tornatas. Quin & Puteolis etiam litteris incisas in Sicilia repertas esse rescivi. Achillis tumulum sub Troja erectum fuisse, tradit Virgilius Aeneid. III. vers. 421:

O felix una ante alias Priameja virgo
Hostilem ad tumulum Trojae sub moenibus altis
Jussa mori.

Homerus vero Odyss. loc. cit. eum in Insula, prope Chersonesum, illi sacra conditum fuisse tradit, & idem Q. Calaber loco pariter adducto vers. 716. hanc sententiam confirmat:

. . . . ἀμφὶ δὲ τύμβον
Ἀργεῖοι, καὶ σῆμα πελώριον ἀμφεβάλοντο
Ἀκτῇ ἐπ' ἀκροτάτῃ παρὰ βένθεσιν Ἑλλησπόντου.

. . . . *At bustum,*
Et ingens monumentum Graeci aggerarunt
In summo littore, prope Hellespontii profunda.

Ibi vero divinos honores, ut Deus, obtinuit apud Barbaros; sic enim Neptunus Thetidem solari curavit. Ibid. vers. 772:

Καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεουδέα νῆσον ὀπάσσω
Εὔξεινον κατὰ πόντον, ὅπῃ θεὸς ἔσσεται αἰεὶ
Σὸς πάϊς· ἀμφὶ δὲ φῦλα περικτιόνων μέγα λαῶν
Κεῖνον κυδαίνοντα θυηλῇσιν γεραροῦσι.

Tum

Ego tuai victoriae . . . .

Atque ego ipsi mauvervi hoc coram Diis insulam tradam,
Ad pontum Euxinum, ubi pro Deo habebitur perpetuo
Notus nautis & circumquaque finitimarum gentes hominum infigniter
Gratis illum sacrificiis venerantes
Non minori, quam me, cultu afficient . . . . . .

Hunc eumdem cultum Achilli praestitum etiam in Graecia, testatur Pausanias Eliacorum II., & Servius Aeneid. vers. 332. refert, Pyrrhum, cum in Graeciam rediret, in Templo Apollinis Delphici aras Patri suo constituisse, & sacrificasse.

In sepulcri crepidine vittae plurimae pendent, quod frequentissime observatur in aliis schedis apud me, quae ad idem argumentum spectant, & quod etiam videre est in aliquibus ex Tabulis subsequentibus. Virgilius Aeneid. III. 63:

. . . . *Stant manibus arae,*
Caeruleis maestae vittis, atraque cupresso.

In interiore pariete sumptuosissimi sepulcri Etrusci, quod extra moenia Eugubii conspicitur, exstant adhuc claviculi aenei in gyrum dispositi, & notabiliter expansi, e quibus omnino hasce suspendebant, quo spectat illud Virgilii de sepulcro Sichaei, superius adlatum. Ubi vero agebatur de sepulcris sine cella, crepidini columnae, & arae sepulcrali imponebantur. Par numerus in inferiis servabatur, ut notavimus in observationibus ad *Veterem Lucernam* Tom. I. 26., unde Virgilius Aeneid. V. vers. 77. in parentalibus:

Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro;

& in VI. vers. 242:

Quatuor hinc primum nigrantes terga juvencos
Constituit . . . .

Dii, ac Deae domesticae juxta Etruscorum institutum coronas, & liba de more offerunt sepulcro pro tanti Herois expiatione.

Tabula postrema hujus Vasis Picturam in ejus collo adpositam ostendit, nempe processus Bacchici partem, cujus suffragiis, quae maxima putabantur, anima Achillis in Caelum efferretur. Quin etiam suspicor, Baccham expressam in curru ab alitibus Gryphis evecto ad ali-

animam Achillis suscipiendam advenire, praeeunte ministro cum face, qui vices Phosphori gerit; non enim Tigrides consuetae ad iter caeleste eligendae erant. Hinc inolevit usus frequentissimus apud Etruscos, atque subinde apud Romanos, ut Gryphi in sepulcris insculperentur, tamquam animal omnium aptissimum officio animarum ad sidera efferendarum; animal praeterea Soli sacrum subit vicem sui Numinis, cui cura demandata erat Heroum tollendorum ad Superos.

Tab. CCLXXIV.

IDEM ARGUMENTUM.

EXtremam Achillis historiam offert nobis Vas alterum Bibliothecae Vaticanae, cujus tantummodo ad nos pervenit schema postlcae partis; nam praecipui adspectus delineationem excidisse dolemus cum parergis, quae collum Vasis adornabant. Actio, quae in hac superstite Tabula delineata cernitur, in duas discretas lineas divisa est, in cujus ima Paris armatus, & truculentus cadaver Achillis pretio redemptum Thetidi matri resignat, quae genibus exceptum luget, non sine tamen dignitate, quam Thusci Pictores studiosissime semper observarunt.

Thetidem ad funus Achillis adcessisse, & excepisse in sinu, tradit Homerus Odyss. Ω. vers. 55

> Μήτηρ δ' ἐξ ἁλὸς ἦλθε σὺν ἀθανάτῃσ' ἁλίῃσιν
> Ἔρχεται, ᾧ παιδὶ τεθνειῶτι ἀντιόωσα.
> *Mater ex mari haec cum Deabus marinis*
> *Venit suo filio mortuo adfutura.*

Et Q. Calaber Paralipom. Lib. III. vers. 604:

> Μήτηρ δ' ἀμφιχυθεῖσα, φίλον στόμα Πηλείωνος
> Παιδὸς ἑοῦ.
> *Porro mater sua Pelidae amplexum fusa, oscula impressit ori*
> *Filii sui;*

& rursus vers. 659:

> . . . . , Ἀχὴ δὲ παιδὸς
> Ἔστη παρ' ἀθανάτῃσι Νηρηΐσιν· ἀμφὶ δὲ Μοῦσαι, κ. τ. λ.

Sed

. . . . *Sed juxta natum*

Sedet Thetis cum immortalibus Nereidibus, & prope Musae &c.

& Ovidius in morte Tibulli:

Memnona si mater, mater ploravit Achillem,

Et tangunt magnas tristia fata Deas.

In extremo hujus lineae angulo Mercurius coronatus adstat crumenam satis conspicuam sustinens, elato super saxum altero pede, uti Deus utriusque regionis supernae, & infernae familiaris:

. . . . *Superis Deorum*

Gratus, & imis.

Hunc corporis statum non fortuitum observabimus infra in Tabula CCLXXXVII. Quale vero officium subiturus sit in hoc situ Deus ille, paullo infra patebit.

Duo ex Laribus, quos majorum umbras esse jam diximus, interveniunt; nempe Hostilius sedens cum scuto, & lancea, Domesticus vero stans prope Mercurium. Hos enim in bello, & pro mortis opitulari pro nepotibus suis, potissime reputabant.

In superiore linea Victoria quadrigam agitat, ut animam hujus Herois accipiat, & ad sidera extollat, nec aliis jugalibus uti poterat ad hujusmodi officium, quam equis defuncti, qui cum divinae originis essent, & ratione praediti mortuum dominum luxerunt. Q. Calaber locis. vers. 740:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Neque immortales equi impavidi Aeacidae

Manserunt lacrimarum expertes, juxta naves; sed etiam ipsi

Filio ob dominum suum, in bello peremptum, se adfligebant.

Eo enim perempto, cum in manus Neoptolemi ejus filii pervenissent, ejus quoque animam ad Elysios transtulerunt. Ibid. 757:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Quatuor autem post hos contigerunt Neoptolemo magnanimo,

Quem etiam ad campum Elysium postibus erant

Depor-

Deportatur ad beatiorem regionem, Jovis consilio.

Praecedit quadrigam Mercurius animarum ductor, de quo Horatius VI. 10:

Tu pias laetis animas reponis
Sedibus . . . .

Postremus in hac linea est Lar vialis conspicuus ex farcinula, quae in ejus humero exsurgit. Tria haec Larium officia cumulantur, ut disciplina nationis Etruscae observetur; ceterum omnes lancea armati conspiciuntur, veluti grande aliquid molientur.

Haec tam varia expositio ejusdem historiae, quam in hisce Vasculis admirati sumus, sed tamen consona semper Etruscae institutioni, suspicionem mihi ingessit, universas hasce Urnulas ab eodem Pictore fuisse concinnatas ad scientiam simul, & ingenii ubertatem experiendam, easque simul in uno, eodemque sepulcro illustris alicujus familiae collocatas; nam persaepe fieri solebat, ut, subcrescente luxu, viri nobiles reliquias majorum ex humiliori sepulcro in splendidiorem transferrent, quod alibi de Fariorum monumentis praemisimus; nam praevio Pontificum decreto, & justis redditis, fieri poterat. Ibi vero Urnulis hisce uno tempore factis, & diu abditis, detecto sepulcro, omnes simul in lucem rediere, ac in manus Caesii Cardinalis pervenerunt, in cujus Bibliotheca recensentur ab ejus temporis Antiquario. Subinde in manus Cardinalis Gualterii concesserant; Demum in Bibliotheca Vaticana, ubi perpetuam incolumitatem illis auguramur, locatae sunt. Et revera forma Vasorum, indoles Picturae, & componendae Historiae ratio una in omnibus adparet, quin etiam electio argumenti, quo nihil magnificentius, & pro cultissimo Pictore elegantius.

TAB. CCLXXV., ET CCLXXVI.

HERCULIS APOTHEOSIS.

NOn multum distat a Picturis antecedentibus haec praesens, in qua Hercules, absumpta omni humanitatis labe, ignibus Oetois in Caelum effertur,

. . . . tantumque Jovis vestigia servat,

ut

ut ait Ovidius Metamor. IX. v. 266. Curriculo enim exceptus a Victoria ad astra contendit, praeeunte Mercurio coronato. Idem Ovidius:

Quem Pater omnipotens inter cava nubila raptum
Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

In altera parte hujus Vasis decursio exprimitur circa columnam sepulcro Herculis impositam cum auriga victore, qui manu ipsius Victoriae e Caelo delapsae coronatur. Haec certamina Heroum memoriae consecrata fuisse ab ipso Homero accipimus, qui decursiones circa Patrocli sepulcrum describit Iliad. ψ. vers. 183. Q. Calaber in funere Achillis Lib. III. vers. 691:

Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ πάντα πυρὸς ἀνεκαύσατο μένος,
Πεζοὶ δ' ἐν τεύχεσιν, σὺν ἵπποις, ἐδίνευον
Ἀμφὶ πυρὴν πολύδακρυν . . . .
Cum itaque rogum furis superque adornassent,
Pedites cum equitibus armati circumierunt
Pyram lacrimosam . . . .

Herculi vero potissimum hic honor debebatur; ille enim primus ludorum institutor ferebatur. Statius Thebaid. VI:

. . . . *Primus Pisaea per arva*
Hunc pius Alcides Pelopi sacravit honorem,
Pulvereumque fera crinem detersit oliva.

TAB. CCLXXVII., ET CCLXXVIII.

IDEM ARGUMENTUM.

ECce jam Hercules in coetu Deorum exceptus, & in solio sedens, substrata leonis pelle, sustinet praeter clavam arcum, & pharetram, quae adhuc multa consecrat. Apollodorus Biblioth. Lib. II. Cap. V: Εὐρύτου δὲ καὶ διδαχθεὶς τὴν τοξικὴν Ἡρακλῆς, ἔλαβε παρὰ Ἑρμοῦ μὲν ξίφος, καὶ Ἀπόλλωνος δὲ τόξα, καὶ Ἡφαίστου θώρακα χρυσοῦν, καὶ δὲ Ἀθηνᾶς πέπλον. *Hercules per Euritum sagittandi peritiam edoctus consecutus ensem a Mercurio, ab Apolline sagittas, a Vulcano thoracem aureum, & a Minerva peplum accepit.* Ideo non indigna munera, quae in Caelum gestarentur.

Adstat a tergo Mercurius, qui eum ad hunc gradum evexerat, sed

sed quasi recedens effictus est; nam a superis ad infera pro ejus instituto remeare tenebatur. Bacchus vero cum thyrso vittato sedet in ejus conspectu, veluti qui ad divinitatem adsequendam multa contulerit, & prope Bacchum conspicitur Juppiter.

Inter Caelites micat Minerva, cujus ope tot facinora Hercules perpetrarat, in cujus clypeo oleae ramus sibi fatur depictus est.

Post tergum Palladis sedet Juno insignis sceptro, quae vix conversa novum advenam admiratur, cui semper obstiterat. Ovidius Metamor. IX. circa finem:

Assensere Dei, conjux quoque regia visa est,
Caetera non duro, duro tamen ultima vultu.

Accurrit Hebe alata, nectar illi oblatura, deinde & futura conjux. Apollodorus Lib. II. Cap. VII: Τυχὼν δὲ τῆς ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, τὴν ἐκείνης θυγατέρα Ἥβην ἔγημε. *Deinde immortalitatem adeptus; & revocatus in gratiam cum Junone Heben ipsius filiam in uxorem duxit*. Martialis Epig. 67. Lib. IX:

Nunc tibi Juno favet, nunc te tua diligit Hebe.

Mars placidus, & sola munitus hasta stans Herculem intuetur; post quem ara divinitatis symbolum erecta conspicitur, & fortasse tripos indicium futurarum nuptiarum, quas in alio simili Vase Caesarei Musei delineatas observavimus supra Tom. I.

In parte adversa praesentis Cinerarii pompa Bacchanalis expressa est, saltantibus Baccha cum tympano, & *Faunis*. Hic rursum aram invenimus in tres gradus distinctam pro triplici ordine initiatorum, de quo alias sermo incidit. Hydria humi prostrata furorem tripudiantium significat. Dignum vero observatu est cingulum illud, seu corda humi diffusa sub pedibus saltantium, de quo symbolo videnda, quae diximus supra ad Tab. CCXXIX; & alias ejusdem Classis. Sed ne quid intentatum relinquamus in argumento adeo obscuro, videndum, an funiculus ille limitem imponeret, quod Bacchis progredi liceret, veluti limes loci arcani, quem nemo transgrederetur. Quidquid interim sit, ex replicatis exemplis colligimus, id parergon minime arbitrarium fuisse Pictoribus, sed lege Bacchica introductum.

TAB.

TAB. CCLXXIX., CCLXXX., ET CCLXXXI.

HERCULIS APOTHEOSIS.

AD Herculis in Cœlum elevationem pertinere puto hanc Picturam, in qua Phosphorum media tantum sui parte conspicuum, relicta quadriga, qua animam Herculis adscenderat, quasi quiescens elevat ingentem facem. Ejus inferior pars latet; nam Sole adveniente, post ejus exortum vehementi fulgore, ut ita dicam, Phosphori media pars debilitatur, atque obtunditur.

Sedet in throno divinitatis Hercules cum Hebe sibi conjuncta, cui Juppiter stans cum sceptro aquiligero, Etruscis maxime augusto, sancit divinitatem, & sedere jubet cum Nata. Circa collum Jovis singulari exemplo conspicitur verbena instar torquis, quod quidem insigne illi adtribuebant, ut opinor, cum negotia majoris notae sibi adsumeret.

Junonem cogitabundam supra Herculem intuemur, quam semper novo hoc Numini infensam Hymenaeus alatus, sive Amor nuptiarum conciliator blande demulcet; quemadmodum illi reconciliatam vidimus in Pictura antecedente.

Dea Pudicitia coronata signum nuptiarum detrahit flammeolum ex humero.

Sol capite eminenter radiato adstat sub palma Musis sacra, & Apollini.

In tertia hujus Vasis Tabula Picturam conspicimus, quae in collo Vasis dispersa est, in qua occurrit nobis Bacchi cornigeri protome. Armata fronte saepe hunc Deum nobis obiiciunt Scriptores. Orpheus in Hymno Dionysi:

> Κερασφόρον, ταυρωπὸν
>
> *Bicornem furiosum, faciem tauri habentem;*

& in alio Amphietae:

> Ἀλλά, μάκαρ, χλοόκαρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε,
> Βαῖν' ἐπὶ πάνσεπτον τελετὴν . . . .
>
> *Sed beate viridescere fructibus faciens, cornute, fructifere Bacche,*
> *Accede ad perfectum sacrificium . . . .*

& Ovidius Metamor. IV. verf. 19:

> . . . . *Tibi, cum sine cornibus adstas,*
> *Virgineum caput est* . . . .

Ante caput Bacchi geminae virgae adfurgunt, una amplioribus frondibus, nempe laurea, altera minutioribus, hoc est myrtea, nam utraque arbore gaudebat. Ariftophanes in Ranis verf. 327:

> Ἴακχ᾽, ὦ Ἴακχε,
> Ἐλθὲ τόνδ᾽ ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων
> Ὁσίους ἐς θιασώτας,
> Πολύκαρπον μὲν τινάσσων
> Ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
> Στέφανον μύρτων.
> *Iacche, o Iacche,*
> *Veni hoc in pratum tripudiaturus*
> *Sacros inter sodales,*
> *Multifructam quidem quatiens*
> *Circa caput tuum exuberantem*
> *Coronam myrti;*

Et Homerus Hymno in Bacchum:

> δὴ τότε φοιτίζεσκε καθ᾽ ὑλήεντας ἐναύλους,
> Κισσῷ καὶ δάφνῃ πεπυκασμένος.
> *Tunc ibat ad nemorosos recessus,*
> *Hedera, & lauro ornatus.*

Bini leones hinc inde ejus imaginem ftipant; quippe quia Bacchus in leonem conversus Rhoetum gigantem laniavit. Horatius Lib. II, 19:

> *Tu cum parentis regna per arduum*
> *Cohors Gigantum scanderet impia,*
> *Rhoetum retorsisti leonis*
> *Unguibus, horribilique mala.*

Hinc Orpheus in Hymno Dionysii illum vocat ἐρίβρομον *valde rugientem*. Quinimmo iterum cum pugnaret adversus Indos, conversus in leonem periculum evitavit apud Nonnum Dionyf. XL.

TAB. CCLXXXII. AD CCLXXXIX.
HEROIS INCOGNITI APOTHEOSIS.

IN speciosissimo hoc Vase omnia redolent alicujus Herois consecrationem, sed nulla subsunt indicia, quibus uni, vel alteri totum hunc complexum tribuamus; omnia namque mystice exponuntur sine aliquo historiae subsidio.

Columnae imminet Imago Caeli, quod fulmen vibrat, & gyrum sustinet quadripartitum ad totidem mundi plagas significandas, ut supra observavimus ad Tab. CCLXVI.

Heros armatus ostentat in lance torques, phaleras, aliaque virtutis bellicae testimonia, quae ideo cum mortuis efferebantur, & aliquando comburebantur in rogo, ut quodammodo spiritum sequi viderentur. Integra vero humabantur, ubi combustio abesset, quemadmodum apud Picenos, quibus humatio praeferebatur, ut assidue in eorum sepulcris datum sit jocalia haec invenire. Id praecipue fieri solebat de coronis, ut ex Cicerone, & Plinio supra demonstravimus. Mercurius, cui officium imminebat animarum efferendarum in Tab. CCLXXXVI., quae huic respondet, sustinet trophaeum, ex hostibus devictis reportatum, loricam, clypeum, pileum laconicum cum lancea.

His virtutum indiciis accedunt ex altera parte suffragia sacrificiorum, sine quibus divinitas non tribuebatur. Dea Tellus calathum gerit, in quo binae cistulae continentur cum frugibus, & aromatibus, quorum ipsa parens est, sacro illi arcano perficiendo praescripta.

Juvenis fortasse Apollo jam Pastor hircum defert. Arnobius Lib. II. *Etruria Libris in Acheronticis pollicetur certorum animalium sanguine Numinibus certis dato divinas animas fieri, & ab legibus mortalitatis educi*. Sic Homerus, & Q. Calaber in Odyssea, & in Paralipomenis referunt, in morte Achillis boves, & pecudes fuisse mactatos.

In collo Vasis ex parte antica Tabulae CCLXXXVII. Victoria diademata quadrigam agitat ad mortui Herois animam suscipiendam, quod quidem munus persaepe exsequitur in Tabellis anterioribus.

Frena equorum regit Aurora, veluti principium novae melioris vitae, quemadmodum & Phosphorus. Hic vero rursus aliam veterum

superstitionem subodoramus, quod nempe cadavera per noctem comburerentur, ut, exustis mortalitatis vestigiis, animae sub auroram in Caelum evolarent. Et revera cadaver Achillis per noctem consumptum est. Q. Calaber Lib. III. vers. 710:

[illegible]
[illegible]

Integram diem, & totum cadaver subito absumunt (venti),
Validis tamen flatibus urebant . . . . . .

Post quadrigam parergon cernitur mulieris, quae rapit adolescentem, fortasse Flora Zephyrum, ut Aurorae aliquid consonum jungeretur. Haec tamen fabula ab ipsius Aurorae moribus commode desumi poterat, cum ipsa Tithonum, Cephalum, & Orionem rapuerit.

In Tabula superius exposita altiorem Caeli partem, sive diurnam conspeximus, per quam fertur Aurora. In hac vero signata CCLXXXVIII. contemplamur inferiorem, sive nocturnam, ubi Luna pleno nimbo circa caput circumfuso disjunctos equos jungit, Hespero opem ferente, qui illam praecedit. Orbis decussatus, & stellis distinctus potestatem designat Lunae illum ambientis. At quaenam ambages sunt illae, ut anima Herois, fabente Aurora, dextra ad superos inferum hic iter percurrat? Nullae quidem; nam ex universis antiquorum monumentis, in quibus apotheoses conspiciuntur, Sol, & Luna semper intersunt, testes simul virtutis, & duces ad praemium Heroibus constitutum. Sed aliquid etiam peritioris disciplinae in hoc Solis, & Lunae concursu occultatur, ut Sol spiritum aethereum, atque, ut dicebant, igneum in Caelum extolleret, Luna vero crassiorem umbram ad Inferos deportaret.

Confirmat hanc conjecturam Tabula CCLXXXV., & CCLXXXIX., ubi historiam in ampliorem formam expressam damus, in qua de infima animae parte (heu nugae!) quaestio est. De hac quoque Pictor rationem habuit, qui Proserpinam in templo subterraneo sedentem effinxit, quae pulcherrimum florem ostentat, fortasse mysticum illum auri ramum, de quo Virgilius Aeneid. VI. 140:

Sed non ante datur Telluris operta subire,
Auricomos quam qui decerpserit arbore foetus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit . . . .

. . . . utroque ipse volens, facilisque sequetur,
Si te fata vocant; aliter non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.

Dii mortuo familiares, & propitii Bacchus, & Baccha cum uvae racemis, & infra Lar vialis cum farcinula post tergum revincta, & Larunda pro mortuo suffragia jungunt cum muneribus, ut umbra fato functa ad patrum sedes transferatur.

TAB. CCXC., ET CCXCI.
IDEM ARGUMENTUM.

COlumna procera, cujusmodi erigi solebant in illustrium virorum sepulcris, indicat, caeremoniam in hac Tabula expressam ad funera pertinere. Geminae mulieres vittam, & coronam deferunt, tertia lancem cum libis offert; id enim officium potissime feminis demandari solebat, quemadmodum precarius luctus a Praeficis extorquebatur. Sic in funere Achillis apud Quintum Calabrum Lib. III. vers. 543., & seqq.

Ἀμφὶ δέ μιν μογεραὶ λάτριδες . . . .
. . . .
Ἑστάμεναι γοάασκον, ἀμύσσοντο χρόα καλόν.
. . . .
Πασάων δ' ἔκπαγλον ἀκηχεμένη περὶ θυμὸν
Βρισηὶς παράκοιτις ἐυπτολέμοιο Ἀχιλλῆος,
Ἀμφὶ νέκυν στρωφᾶτο . . . .
Prope illum laboriosae ancillae . . . .
. . . .
Stantes lugebant adeo, ut formosum corpus sibi lacerarent.
. . . .
Ante omnes autem intimo pectore conturbata
Briseis, uxor bello probati Achillis
Circa cadaver versabatur . . . .

& Virgilius III. 63:

. . . . stant manibus arae
Caeruleis maestae vittis, atraque cupresso.

Et

Et circum Iliades crinem de more solutae.

& Lib. XI. 35:

Et maestum Iliades crinem de more solutae.

Una ex mulieribus sedet in sepulcri crepidine, velati custos adposita. Propertius III, 15:

Afferet haec unguenta mihi, sertisque sepulcrum
Ornabit custos, ad mea busta sedens;

& Statius Silv. V. 3. 45:

. . . . *tepido genitrix super aggere nati*
Moesta sedit . . . .

In collo Vasis mulier Sacrificula parentat cum gutto, & lance.

Subsequens Tabula CCXCI. aliquid e mysteriis Bacchanalibus spirat, quorum adfinitatem cum mortualibus pompis multis jam exemplis patefecimus. Nam caput mulieris splendidissime mitratum rem ad Bacchum spectare demonstrat. Quin etiam in collo Vasis ornamenta sacrificantium eodem fere collimant. In imagine mulieris, quae lancem, & coronam sustinet, notanda est amplior illa fascia gemmata, quae a pectore hinc inde in terga rejecta est. Hanc esse puto mantile illud sacrum, quod in Orgiis frequentissime ventilant Bacchae; sed in hac imagine, & alibi contrario ordine dispositum cernitur, cum alioquin a tergo in utrumque brachium antrorsum recidat.

TAB. CCXCII.

SACRA FUNEBRIA.

VIR, & mulier habitu Bacchico circumstant aram sepulcralem, velati expiationem aliquam exsequantur; nam supra juvenis pateram conspicitur bifidum adspergillum, de quo saepe sermo incidit.

In vertice arae conspicitur apex ille acutus, qui altaribus, praesertim aeneis adponi solebat. Operculum erat tripodis, cui vinum infundebatur, ut circa marginem coni ita diffunderetur, ne subjectas prunas extingueret, mediasque protegeret, ut thus injectum libere combureretur.

Po-

Potiorem hujus Vasis partem, in qua praecipua historia exprimi debuerat, dolemus vel praetermissam a recenti Pictore, vel ejus schedam interiisse.

TAB. CCXCIII.

IDEM ARGUMENTUM.

PRaecedentibus respondet haec Pictura, in qua columnae sepulcrali urnam cinerariam impositam esse conspicimus, quae circa medium taenia praecincta est. Eamdem caeremoniam urnarum cingendarum nobis ob oculos ponit mulier ad tumulum accedens, quae vasculum gerit aurei coloris, cinctum fasciola purpurea; nam vittis, quae religionem praeseferebant, mortuos delectari vulgabatur. Multae praeterea ex his pendent ab aggere sepulcri, numero septem. Prima, cui insidet custos sepulcri, crocea est; secunda purpurea; tertia, & quarta identidem crocea; quinta purpurea; sexta candida; postrema pariter purpurea. Circumfusae tumulo quaternae mulieres, & gemini viri justa persolvunt, aut deflent. Pileus Laconicus, quo vir sedens tegitur, ad Graecum aliquem Heroem pertinere sepulcrum indicat.

TAB. CCXCIV., ET CCXCV.

CASSANDRAE FATA.

PRoxima funeribus fere lugubria Cassandrae fata, quae in hoc pulcherrimo Vase apud Nolam effosso delineata conspicimus. Opus Samniticum ostendunt galeae duabus assurgentibus pinnis ornatae, quae illi populo familiares erant, ut alibi indicavimus.

Fabulam nemini scriptorum intentatam Virgiliana descriptione complectimur, ex qua intelligimus, Ajacem Oilaeum captum amore incidisse Virginis in Trojana depraedatione, ingressum Palladis templum, ubi haec Sacerdos cum pluribus matronis confugerat, illam vi rapuisse. Aeneid. II. 403:

Ecce trahebatur passis Priameja Virgo
Crinibus a templo Cassandra, adytisque Minervae,

Ad

Ad caelum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.

In hac vero Pictura, ut tota series fabulae contineretur, exponitur raptus in ipso templo Minervae patratus. Choroebo armato in auxilium Virginis frustra occurrente, qui

. . . . illis ad Trojam forte diebus
Venerat, insano Cassandrae incensus amore:
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat.
Infelix, qui non sponsae praecepta furentis
Audierit . . . .

Hoc enim haec munus ab Apolline ea reportarat, ut vera semper vaticinaretur, sed nemo ejus dictis fidem adhiberet, ut explicat Servius Aeneid. II. 247. Quare Virgilius ibidem:

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora Dei jussu, non unquam credita Teucris.

Choroebus vero, ut sponsam a manu Ajacis eriperet, in illum irruit:

Non tulit hanc speciem furiata mente Choroebus,
Et sese medium injecit periturus in agmen;

quod illi paullo post contigit.

Ilicet obruimur numero, primusque Choroebus
Penelei dextra, Divae armipotentis ad aram
Procumbit.

Supra Palladis simulacrum conspicitur sedens ipsum Deae Numen, manum extendens supra illius imaginem, in signum protectionis, sive prohibens, ne tantum facinus perpetretur, volante ex adverso noctua Deae familiari, quae votivae coronae in templo suspensae insidet, & unguibus haeret. Contra Troades, quae illuc veluti in asylum convenerant,

Praecipites atra ceu tempestate columbae,
Condensae, et divum amplexae simulacra sedebant,

perterritae effugiunt.

Matrona, quae fugam arripit, virgam in manu tenet, in cujus vertice sigillum transversum firmatum cernitur, ex quo pendet monile margaritiferum; hoc enim instrumento, quod alibi etiam observatur, utebantur, ut gemmea anathemata, coronas, vittas, corollas, & si quid aliud, ad clavos in templo fixos suspenderent.

TAB.

TAB. CCXCVI.

IDEM ARGUMENTUM.

Vidimus supra Cassandram a templo avulsam, atque captivam; Superest nunc, ut abductam a Troja etiam naufragam videamus. Nemo ignorat, classem Graecorum in Graeciam redeuntem, ab indignantibus Diis impulsam in Saxa Caphaerea, magna ex parte periisse, ut in Corinthiacis narrat Pausanias; superstites vero ab eo naufragio feminas fame, & frigore misere cruciatas fuisse una cum ancillis, quas secum abduxerant.

Has inter Cassandra numerabatur, quod pridem ante excidium Patriae sibi praedixerat, ut refert Triphiodorus de Ilii excidio v. 392:

. . . . [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

. . . . *Utinam aliquis*
Graecorum, post tuos luctus, me etiam ipsam occideret.
Quis enim mihi ipsi vitae est honor, si me reservat
Misereri mortis? et hospita me teget terra?

Caelitum furori accessit etiam dolus Nauplii, qui, ut ait Hyginus Fab. 116: *Sensit tempus venisse ad persequendas filii sui Palamedis injurias. Itaque tamquam auxilium eis afferret, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta, locusque periculosissimus esset. Graeci credentes humanitatis causa id factum esse, naves eo duxerunt, quo facto plurimae earum confractae sunt. At Ulyssem ventus detulit ad Maracoenum, Menelaum in Aegyptum; Agamemnon cum Cassandra in patriam pervenit*: Ipsi enim ab Ajace Cassandra tradita fuerat, sed paullo post Mycenis serviens simul cum Agamemnone in balneo misere periit trucidata, ut ipsa apud Lycophronem fuerat vaticinata:

[illegible]
[illegible]

Ego vero juxta labrum in solo jacebo
Chalybico vulnerata ense.

In hoc vero Vasculo anaglypho opere exsculpto ex his, quibus utebantur in inferiis, ipsa effecta est servili habitu, humi jacens cum compare ancilla, lugens fortunam suam, dum a tergo latens Nauplius exsultans facem extollit calamitatis instrumentum. Ancillarum Trojanarum habitum, cum e patria abducerentur, graphice describit Q. Calaber Lib. XIV. vers. 382., & seqq:

> αἱ δ' ἄρα [illegible] ἐς Ἴλιον [illegible]
> [illegible] καὶ πολλὰ [illegible]
> . . . .
> [illegible]
> [illegible]
> . . . .
> [illegible]
> [illegible]
> . . . .
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible] . . . .
> *Porro moesto ad Trojam corde respiciebant*
> *Captivae & multa secum querimonia plorabant.*
> . . . .
> *Aliae quidem genibus manus impositas habebant, aliae aliae pignora*
> *Ulnis amplectebantur . . . . .*
> . . . .
> *Omnibus autem dissolutae comae, & misera pectora*
> *Unguibus lacerata erant . . . . .*
> . . . .
> *Cassandram etiam mulieres cum intuerentur*
> *Circa ipsam admirabantur, moestificae divinationis*
> *Memores.*

Rursus mulieres in servitutem redactas sub mantelis tantum velatas, sed pectore nudo apud Etruscos, incessisse ostendi, & exemplo demonstravi in Dissertatione de *Etruscorum funere*, cui locum feci in *Mus. Etrus.* Tom. III., rursusque de horumce Vasorum incurvatorum forma multa praefatus sum in *Adversariis* pag. 42., ac iterum quin etiam in praecedentibus hujus Operis Voluminibus.

TAB.

Tab. CCXCVII.

CAMILLUS SIVE MERCURIUS ETRUSCUS.

Camillum voco Etrusca nuncupatione Mercurium, animarum deductorem, ingentibus alis munitum, & caloris viatoriis instructum, qualem saepe in his Tabelis occurrentem observavimus. Nunc vero sinistro poplite ad terram defixo, altero sublato, parique brachiorum directione, qua suam in Inferos, & Superos potestatem profitetur, intuemur. Talem numquam videas, nisi in hujus Nationis monumentis, ad mortualia sacra spectantibus. Similem habeo aereum desixum ex aliquo Vase, sed quaternis amplissimis alis armatum, duabus ad caelum extensis, totidem vero ad terram. Mysticam hanc figuram explicat Servius ad Aeneid. VIII. 138: *Mercurius quasi Medicurrius a Latinis dictus videtur, quod inter Caelos, & Inferos semper intercurrat*. Optime Orpheus secundo in eum Hymno:

> Κωκυτοῦ ναίων ἀνυπόστροφον οἶμον ἀνάγκης,
> Ὃς ψυχὰς θνητῶν κατάγεις ὑπὸ νέρτερα γαίης,
> . . . .
> Ὃς παρὰ Περσεφόνης ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις,
> Αἰνοδρόμοις ψυχαῖς πομπὸς κατὰ γαῖαν ὑπάρχων,
> Ἃς κατάγεις ὁπόταν μοίρης χρόνος εἰσαφίκηται.
> *Cocyti habitans insuperabilem viam necessitatis,*
> *Qui animas mortalium adducis sub inferna terrae,*
> . . . .
> *Qui apud Persephones sacram domum circuis*
> *Tristibus animabus comes in terra existens,*
> *Quas adducis, quando fati tempus advenit;*

& Horatius alibi citatus Lib. I. Od. X: *Superis Deorum*
Gratus, & imis

Sub ejus pedibus tortuosus serpens caput erigit; animarum enim Genium custodem hoc symbolo exprimebant, sive custodem sepulcri, ut colligitur ex Virgilio Aeneid. V. 95., & ex Servio in eum locum. Sed longe aliud sibi praescripsisse Etruscos sub hoc schemate suspicor; nam potestas Mercurii extendebatur etiam ad transmigrationem anima-

 rum

rum, quas in alia corpora transferebat, ut subdit Orpheus loc. cit.

> Καὶ πάλιν ὑπνώσαντας ἐγείρεις· σοὶ γὰρ ἔδωκε
> Τιμὴν Περσεφόνεια θεὰ κατὰ Τάρταρον εὐρὺν
> Ψυχαῖς ἀενάοις θνητῶν ὁδὸν ἡγεμονεύειν.
> *Et rursus dormientes excitas; tibi enim dedit*
> *Honorem Persephone Dea per Tartarum latum*
> *Animabus perennibus mortalium viae ducem esse.*

Manifestius hanc illius dotem exprimit Virgilius Aeneid. VI. 748:

> *Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,*
> *Lethaeum ad fluvium Deus evocat agmine magno:*
> *Scilicet immemores supera ut convexa revisant*
> *Rursus, & incipiant in corpora velle reverti.*

Serpens vero transmigrationis, & novae vitae symbolum praeseferebat. Idem Aeneid. II. 471:

> *Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,*
> *Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,*
> *Nunc positis novus exuviis, nitidusque juventa*
> *Lubrica convolvit sublato pectore terga,*
> *Arduus in solem, & linguis micat ore trisulcis.*

Vas illud utrimque eadem imagine depictum, & mole conspicuum, plenum cineribus, inventum fuit, minutulis argenti deaurati segmentis passim conspersis, ex aurea veste combusta cum corpore superstitibus; nam pretiosis indumentis auro intextis mortuos in rogo componebant, ut Aeneas corpus Pallantis. Idem Virgilius Aeneid. XI. v. 72:

> *Tum geminas vestes, ostroque, auroque rigentes*
> *Extulit Aeneas, quas illi laeta laborum*
> *Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido*
> *Fecerat, & tenui telas discreverat auro.*
> *Harum unam juveni supremum maestus honorem*
> *Induit, arsurasque comas obnubit amictu.*

TAB. CCXCVIII, ET CCXCIX.
LUCTUS.

Quae de superiore Pictura tradidimus, facile explicant ornamenta hujus amphorae sepulcralis. Mulier elatis manibus defiet defunctum compositum in feretro, ut deducatur ad rogum. Quemadmodum vestibus mortui operirentur, vix aliunde, quam ex hoc schemate intuearis. Toga, si vir mortuus esset, stola, si mulier, supra caput reducta ad frontem usque operiebatur, vultu solummodo aperto, ceterum toto corpore ad talos usque contecto. Huc repetas Virgilianum supra recensitum:

. . . . . . , *adsensusque comas obnubit amictu*.

Et revera operire caput ad formulam sacrorum pertinebat, qua nihil convenientius his, qui Deos ultimum jam adirent, veniam, & pacem sibi postulantes. De hisce caeremoniis vide doctissimum Bonadam *Carmin. ex antiquis Lapid.* Tom. II. Dissertat. VII. pag. 151., quo nemo melius, aut uberius universam funerum ritum illustravit.

Mulier plorans velum, seu mantile pectori injectum gestat. Aliud simile sibi imponere parat alia mulier supra in Tabula CCXC., quod quidem gestamen, cum funestatae essent, adsumpsisse puto.

De serpente in aversa parte figurato videas, quae paullo ante deduximus ad Tabulam CCXCI.

Novum hic occurrit Minervae symbolum noctua, quae, ut conjicio, nihil designat, nisi tempus praestitutum funeribus, nocturnas tenebras, cum noctu pyrae incenderentur. Homerus Iliad. H. v. 431:

> Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον ἀχνύμενοι κῆρ·
> Ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες ἔβαν κοίλας ἐπὶ νῆας.
> Ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ,
> Τῆμος δ' ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν.
>
> *Cadavera rogo adcumulabant tristi corde:*
> *Igneque* (illis) *combustis redierunt ad concavas naves;*
> *Cum autem nondum aurora, sed dubia nox erat,*
> *Tunc circa pyram lectus surgebat populus Achivorum.*

TAB.

Tab. CCC.
FUNEBRIS FABULA.

DE obscurissima hac imagine potius quid non sit, quam quid sit, ingenue proferemus. Hanc protulit primum clarissimus Gorius *Mus. Etrusc.* Tom. I. Tab. CLXXIII., sibique vel Sacra Mithriaca referre, vel purgationes, vel Hirpinorum sacra dubitavit. Mihi primum obicem injecit exoticum illud indumentum Numinis, quod in cella conspicuum cernitur, a Mitra penitus alienum, quem novimus imberbem Phrygio sagulo, & Persica cidari semper ornatum, ut in mea Lucerna Tom. I. 196., nisi forte haec imago referat nobis illum Patrem Sacrorum, quem passim memorant Marmora Taurobolica. Scimus enim in Spelaeo horumce sacrorum exstitisse imaginem ipsius Mitrae, quam Gracchus, teste Divo Hieronymo, subvertit, & fregit. Quod vero magis turbat, est serotinus ille adventus hujus sacri in occidentem caeteroquin ignoti, ut florente tantum Romano Imperio nova haec superstitio grassata sit per Italiam.

An ne est hic aliqua expiatio? Nulla Hercle, tam dira, quae homines, combustis pedibus, vel perderet, aut saltem debilitaret. Hirpinorum vero sacra inania quidem, sed *jocola* exstiterunt; nam festivi nudis pedibus per carbones discurrebant. Virgilius XI. 787:

. . . . medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna.

Crematio cadaverum longe alio diverso ritu fieri solebat, elatis in pyram corporibus, nullisque Diis praesentibus, qui e templo tristem pompam prospectarent, quemadmodum nec supplicia conspiciebant.

Quid ergo dijudicabimus? Ego funebrem aliquam fabulam ex theatris jam natam hic puto contineri; quemadmodum lugubria alia facta in cinerariis hisce Urnis pingi consuevisse supra monstravimus.

Finis Voluminis III.

INDEX

INDEX

RERUM MEMORABILIUM

QUAE IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR

Numerus Romanus indicat Tractatum praeliminarem, Arabicus vero explanationes Tabularum.

A

Abellanensis Lapis Osco sermone conscriptus. Pag. LVI.
Achilles post mortem uxorem sibi copulavit vel Medeam, vel Helenam. 51.
Achilli Musae parentant. 56.
Achillis apotheosis. XLVIII.
Achillis fata. 45. ad 62.
Achillis equi. 58., 61.
Achillis reliquiae Baccho commendatae. 50.
Acratus unus ex intimis Bacchi familiaribus. 2.
Adolescens toga virili donatus. 19.
Adolescentes Bacchicis initiati. 15. usque ad 24.
Aeacus mortuorum judex. 15.
Aiax Oileus captus amore Cassandrae. 71.
Alphabetum Etruscorum, & ejus emendatores, & editores varii. LXXXIII., & seqq.
— Quot litteris constet. LXXXV.
Amatius Paschalis laudatus. XC., CXXII., & CXXVI.
Amor feminei sexus quid significet? 51.
Ampelus unus ex intimis Bacchi familiaribus. 2.
Anatocismus Comicis familiaris. 56.
Animae defunctorum Bacchi caeremoniis expiatae. 51., 57.
Anniversaria in Sarcophagis expressa. XXXIX.
— Cur Baccho conveniant? XLIII., 25.
Annuli aurei in sepulcris conditi. 87.
Apotheosibus semper intersunt Sol, & Luna. 68.
Aquae vis parcissime tribuebatur, sed cui Deus aliquis inesset. 6.
Arimaspi pugnantes cum Gryphis. 43.
Arimnus Rex Tuscorum. LXXXII.

B

Bacchanalia ex S. C. sublata. XXVI., 23.
Bacchi apparitiones. XXXIII., 19.
Bacchi adoratores, & beneficia varia. XIX., & seqq.
Bacchi Antistes, sive Rex sacrorum ante Orgia expiabatur. 4.
Bacchi Antistitae castae requirebantur. 8.
Bacchi Antistitae sacramentum in consecratione. 5.
Bacchi caeremoniis expiatae animae defunctorum. 51., 57. 162.
Bacchi cultus apud Etruscos. XXII., & seq.
Bacchi fabula ad historiam redacta. XVII., & seqq., XXIV.
Bacchi Genius ejus insignibus ornatus. 3.
Bacchi gestamen ferula. 4., 12.
Bacchi Numen cornutum. 3., 65.
Bacchi Orgia homines peccatis expertes faciebant. XXI., XXXIX., & seqq.
Bacchi sacerdotes feminae quo ritu crearentur. XXV., 5.
Bacchi sacerdotium etiam viris inditum. XXVII.

Bac-

Bacchi somnus triennalis apud Inferos. 2.
Bacchi vestis propria fuit Crocota. 5.
Baccho aliquem adscribunt. 5.
Baccho commendatus Achillis religione. 50.
Baccho crines a pueris dedicati. 5.
Baccho vitis adscribata. XV., XVII.
Bacchus, & Sol an idem sint? XLII., XLVII., 9.
Bacchus idem, ac mundi anima, sive providentia, XXII., & seq., XLII.
Bacchus inter Deos Inferos computatus. 2.
Bacchus in Leonem conversus. 66.
Bacchus juvenis, & senex. XLIV.
Bacchus quo tempore in Etruriam intrasset. XV.
Bacchus repraesentatus a Rege Sacrorum. 4., 5.
Bardettius Stanislaus notatus. XCI.
Beatonius I. Anglus laudatus. XCI., CXIII.
Balsovius Josephus laudatus. C.
Bigae, & quadrigae in sacris Bacchi cur? 6.
Bianconius Jo. Ludov. laudatus. XCVII.
Bodonius Jo. Baptista laudatus. CIII.
Bonarotius Philippus laudatus. LXXIII., LXXVI., LXXX., & seqq.
Borgia Stephanus Praesul Clarius laudatus. LIII., LXXIII., LXXV., XCIX., 27.
Bourguetius Ludovicus. LXXXI., & seqq.

C

CAeli pars dextra, & sinistra. 68.
Caelus Deus. 53., 69.
Camillus Etruscus. 75.
Callus Hierotypus. LXXXI.
Cantarius Franciscus Praesul Confalonierus laudatus. C.
Cassandrae fata. 71., & seqq.
Cassandrae raptus. 72.
Cassandrae vaticinia. ibid.
[illegible] Gabriel Princeps Turris Mutii laudatus. CXXII.
[illegible] Leucippidarum raptum molitur. 40.
Certamina decursionum circa sepulcra. 63.
Clemens XIV. Ganganellius, Civis Archangelitanus, Aemiliae decus, Fundator pacis, Religionis vindex, & literarum fautor, nuper e vivis ereptus. LIV., LXXIII., LXXV., C.
Clypeis insculptae imagines defunctorum. XLV.
Columnae super sepulcra Heroum. 48., 58., 65., 69., 71.
Columnis impositae urnae cinerariae. 71.
Comoediae Etruscae deperditae. 54.
Conventus Bacchici. 11.
Convivia Etruscorum. 51.
Convivia in Orgiis celebrata. 50., 52.
Corda in saltationibus rusticis adhibita. 20., 24., 26., 64.
Coriis victimarum velabantur initiandi. 40.
Cornu potorium adhibitum in sacris Bacchi. 10.
Corona radiata Etruscorum in sacris Bacchi. 2., 17.
Coronae in sepulcris conditae. 27., 67.
Coronis sepulcra ornabantur. 57., 59., 70.
Crocota vestis genus. 5.
Castellinius Ludovicus laudatus. CII.

D

DEcursionum certamina circa sepulcra. 63.
Decorum habitu Ministri ornabantur. 17., 28.
Decorum ludibria in Etruscorum Picturis exposita. XXXIII.
Dempsterius Thomas laudatus. LXXIX., & seqq. passim.
Dii nonnulli Bacchanalibus intererant. 27.
Draco custos Hesperidum. 56.
— Ejus nomen. 57.

E

EQuus mactatus in Heroum funeribus. 52.
Equus tribuebatur Heroibus mortuis. 52.

Etru-

Etruscorum vocum Lexicon. Vid. Lexicon.
Etrusci capillos non nutriebant. 5.
Etruscorum Alphabetum. Vid. Alphabetum.
Etruscorum Lingua forte ab Hebraica profecta. XCI.
— Quando interierit. CII.
Etruscorum Linguae specimen. XCVII.
Etruscorum Numismata. Vid. Numismata.
Etruscorum Pondi. LXXXI., & CXIX.
Etruscorum scriptura. LXXXVIII.
Etruscorum Vasa Graecis inscriptionibus ornata. Vid. Inscriptiones Graecae.

F

Fabrettus Raphael laudatus. LXXVI.
Feminae Bacchi sacerdotes quo ritu creatae. XXV., 7.
Feminae lustrum cinericulum alebant. 69.
Flabellum oculo objectum, ne Deus aperte conspiceretur. 13.
Froelichius Erasmus laudatus. LXXVII.
Funera nocturno tempore celebrata. 65., 77.

G

Gieghibius Julianus Ariminensis laudatus. LXXVIII., CXXIV.
Gorius Ant. Franciscus laudatus. LVI., LXXII., LXXVI., LXXIX., & seqq. passim.
Gryphes auri custodes apud Indos. 43.
Gryphus sacer Soli. XLVIII., 60.
Guarnaccius Marius Petrus Cl. laudatus. LXXVII., & seqq. passim., tum 27.
Gyraldus Aloysius Ferrariensis laudatus. LXXVIII.

H

Hebe Herculis uxor. 64.
Herculis ad Hesperides profectio. 36., 37.
Hercules Antheum suffocans. 34.
Hercules idem, ac tempus. 33.
Hercules inter Deos visibus, & foederum custodes. LIX.
Hercules Iudaeorum infantes. 63.
Hercules Nessum interficiens. 39.
Herculis apotheosis. 62. ad 66.
Herculis uxor Hebe. 64.
Horae seu anathemata. XX., XXXIX., LXIII.
Horculus mortuis opus tribuebant. 14.

I

Iabolanius calgo. XVI.
Iguarra Nicolaus laudatus. LXXVIII., notatus LXXIX.
Ignis expiatio. 9.
Initiationis formula apud Graecos. XXXI.
Initiationum gradus idem. XXIX., & seqq., XLVI., 20., 61., 64.
Inscriptio Campana Graecis elementis. CXXII.
Inscriptio Etrusca. Arimini. XCVII.
— Aretii. XCIV.
— Clusii. CI., CXIX.
— Cortonae. LXXXI., LXXXVII.
— Florentiae, nunc Romae. XCVI.
— Herculanensium. XCIX., CXI., CXX.
— Musei Peltiani. XCV., CXXVII.
— Perusiae. LXXXII., CXXIV.
— Perusini hypogaei. XCIX., & CXI.
— Pisauri. XCIII., CXX.
— Tarquiniensis Pacti. C., CXII., CXIX.
— Urbis veteris. LXXXII.
Inscriptiones bilingues, Etruscae, & Latinae. XCII.
Inscriptiones Graecae Etruscorum Vasibus adjectae. XC., 18., 29., 38., 40., 41.
Inscriptiones Latinae veteres. XLI., CI., CXXI., CXXII.

L Lando

L

Ladon nomen Draconis custodis Hesperidum. 57.
Lar publicus lancea bicuspide ornatus. 32.
Lares etiam majorum familiarum. 53., 61.
Levacrum Bacchi sacerdotis praemissum. XXVII., 9., & passim.
Lepus sacer Cupidini. XLVI.
Lembylpidarum capite. 41.
Lexicon vocum Etruscarum. XCV.
Luctus mortualis a feminis exsequebatur. 69.
Locus sacer Pisaurensium. 4.
Luna, & Sol sepulchralibus semper immixti. 65.

M

Maffejus Scipio laudatur. XLVII., XLVIII., L., LXXVI., LXXIX., & seqq. passim.
Magistrius Simon laudatur. CXII.
Magnanius Dominicus laudatur. LXXVII.
Magnanius Paschalis laudatur. LXXVIII.
Mensae sacrae in Orgiis adhibitae. 16., 41., 70.
Mantile missum in funeribus. 77.
Martinellius Jacobus laudatur. CXV.
Matrimonium mysticum inter Regem, & Reginam sacrorum. XXVII., & seqq., 6., 7., 14., 15., 16., 27., 30.
Mombellius Xaverius laudatur. LXXXI., XCIX., CXV.
Mazochius Alexius Symmachus laudatur. LXXVIII., LXXX., & seqq.
Mercurius Etruscus. 33.
Mercurius animarum deductor. 62., 67.
Mercurius ponderum praeses. 50.
Mortuorum animae Bacchi caeremoniis expiatae. 31., 39.
Mortuorum imagines a marinis monstris ad Elysium transvectae. 52.
Mortuorum vestes quae. 77.
Mortuorum umbrae inferos petunt, animae coelum. 52., 68.
Mulieres luctum mortualem obibant. 69.
Musae Achilli parentantes. 50., 60.
Musae tres, dein novem. 55.

N

Nebulae maculae caeli stellas imitabantur. 9., 55.
Nocte pyrae incensae, & funera celebrata. 68., 77.
Noctua mortis symbolum. 77.
Nox dicta in quadam sacra, sive spatio. 56.
Numismata Etrusca in genere plura. LXXVII.
Numismata Etrusca Ariminii. LXXX.
— Caii Mutii Imp. LXXIX.
— Calatiae. LXXVII., LXXXV.
— Cealoniae. LXXVIII.
— Eugubii. LXXX., CXXI.
— Faesulae. LXXVII., CXX.
— Herculani. LXXXVI.
— Hyriae. LXXVII., CXXI.
— Irinorum. LXXVIII.
— Nuceriae. LXXIX.
— Perusiae. LXXIX., CXXIV.
— Pisauri. LXXX.
— Populoniae. LXXVII., CXXV.
— Ravennae. LXXX.
— Samnitum. LXXIX., LXXXVI.
— Theani. LXXVII., LXXXV., CXXVI.
— Tuderti. LXXVII., CXXVII.
— Velathri. LXXVI.

O

Oculus Deorum, & rerum omnium pater. XLVII.
Oliverius de Abbatibus Hannibal laudatur. LIV., LXV., LXXIX., LXXX., LXXXI., & seqq.
Osca lingua a Romanis exculta. LV.
Oscorum characteres ex Etruscis deducti. LXIV.
Ova in lustrationibus adhibita. 21.

Pa-

P

Paulla Minia Campana Bacchi sacerdos. XXV., XXVI.
Pafferius Joh. Baptista Vir Clariss. laudatur. LXXVII., & seqq. passim.
Piccifetius Michael Timotheus. LXXVII.
Pictores Etrusci Bacchi secreta mysteria sictiore penicillo expresserunt. XIV.
Pictorum sphalmata. 50.
Plancus Janus Ariminensis laudatur. LXXVI., LXXVII., LXXIX., LXXX., LXXXIV., XCVII.
Poma tria in Cista mystica adservata. XXVI., 17.
Poma tria in fronte gestata pollent prohibitione initiationis. 18., 21.
Pueri sacri. 4.

R

Regina sacrorum. XXVII., 6., & seqq.
Remondinius Joh. Stephanus laudatur. LVI., & seq.
Repositorius Rinaldus laudatur. LXXX.
Rex sacrorum. XXVII., 4., & seqq.
Riccobaldus Josephus M. laudatur. XCVIII.
Rubeus Joh. Bernardus laudatur. CII.

S

Sacramentum a Regina sacrorum interponi solitum in Orgiis, & ejus formula. 8.
Saltatio rustica ope cordae invicem tradita. 20., 24., 26., 64.
Saltationes variae. 21., 24., 23.
Simulacrum Militum armatura galea duabus pinnis ornata. 76.
Sarthus Maurus laudatur. L.
Satyrisci tinones in Bacchi mysteriis. XXXVIII.
—— Bacchi comites. XLV.
Sallustius Reginaldus laudatur. CXXIV.
Serpens genius custos animarum. 73.
—— Novae vitae symbolum. 76.
Sepulcra aeneum centra. 57., 59., 70.
Sepulcrum Etruscum Eugubinum. 59.
Sol, & Luna semper sponsalibus intersunt. 65.
Societas in Orgiis. XXXI. 28.
Sperandeus B. Eugubinus. XLIII., & seq.
Spinellus Josephus Card. LVII.
Synthesis vestis coenatoria. 30.

T

Tabulae Eugubinae. LXXXI., & seqq. passim.
Tabulae Heracleenses. LXXXVI., CXXI.
Taedae desunctorum animas in caelum migrantes respiciunt. 33.
Thetis defertur corpus Achillis. 52., 60.
Tintinnabulorum usus in Orgiis. 31.
Translationes cadaverum ex humilioribus ad splendidius sepulcrum. 62.
Tribus Romanae tempore Romuli. LIX., CXXII.

V

Vannus culparum omnium purgationem significat. 4., 11.
Vannus oculis objectus, ne Deus aperte conspiceretur. XXVII., XXXII. 13., 15.
Valerium nomine quid veniat? XLIX.
Venutius Philippus laudatur. CII.
Vestes Diis dedicatae. 3.
Vestes mortuorum quales. 77.
Vestis coenatoria Synthesis dicta. 30.
Vestis sacra Bacchi gesta. 12., 13.
Vitis Baccho adtributa. XV., XVII., XXII., 16.
Vittae sacrae cur plures redimitae a Baccha. 12.
Vittis variis caput initiatorum ornabatur. 12.
Umbrae mortuorum inferos petunt. 32., 61.
Urnae cinerariae columnis impositae, & tumulis praecinctae. 71.
Urnae veteres gentilium ad usum aquae lu-

stata ante fores Ecclesiarum, & ad custodienda Martyrum, & Confessorum corpora redemptae. XLVII., & seqq.
Urnarum gentilium explicationes, & earumdem formulae. XLVII., & seq.
Winckelmannus Joh. laudatus. XC., CXVI., CXXIV., CXXVII., & seq.

Z

Zodiaci signa in sepulcris quid significent. XII.
Zaccharias Fr. Antonius laudatus. LXXVIII.
Zanettius Hieronymus laudatus. XCI.
Zarillus Matthias Herculanensis Academicus laudatus. LXXVIII.

FINIS.

ERRATA	CORRIGE
Pag. CXIX. homolonga.	homologa.
CXXIV. levarentem.	levantem.
CXXVII. νεανίας.	νίκη.
5. 32. Phaebo.	Phoebo.
7. cujus.	ejus.
15. Fuscum.	Tuscum.
31. 32. 46. 48. 55. 56. 62. Thuscus, Thuscus, Thuscis, Thusci &c.	Tuscus, Tuscus, Tuscis, Tusci &c.
54. symbola.	symbolo.
58. Apollodoro.	Apollodorus.
50. Duo.	Duae.
58. fuga.	fugae.
61. sacre.	sacrae.
62. splendidiorem.	splendidius.
67. regia.	regis.
63. pulcherrimam.	pulcherrimum.

CCI



Neapoli Misst D. Hammond

CCII



Altera pars Vases


T. CCIII

T. CCIV.



In Museo Vaticano

CCV



Panormi in Monasterio S. Martini

CCVI



Apud Excellmum Peregrinum Romæ

XVII



Neapoli Misit E. Hammond

CCXII



Neapoli Misit D. Hammond



LXIX



In Museo Sorio





In Bononiæ Instituto

CCXII



In Museo Gorio



T. LXIV



In Museo Vaticano



In Museo Mastrilli

T.XXVI



In Museo Vaticano

T. CCXVII



In Museo Vaticano

T. CCXVIII



In Museo Vaticano

T.CCXIX



In Museo Vaticano

T.CCXX



In Museo Vaticano



Ex Museo Mastrillo





Neapoli apud Teatinos CCXXI

T.CCXXII



Nel Museo Vaticano



T. CCXXIV.



In Museo Vaticano

DCCXXV



In Museo Vaticano

T.LXXVI



Nel Museo Vaticano



In Museo Vaticano

TAV. XXVIII



T.CCXXIX



In Museo Vaticano



In Mastrilli Museo



Ex Museo Mastrilliano

CCXXXI



In Museo [illegible]



In Museo Vaticano



In Musæo Vaticano



CCXXXVI.



In Museo Lorio

T.CCXXXVII



In Museo Vaticano

CCXXXVIII



In Catania



Neapoli misit D. Hammond Antica C



Postica C



Apud D. Mich. A. Peruta



T.CCXLIII



Al Museo Casertano



In Museo Lorio

T.CXLV



In Museo Mediceo

T. CCXLVI



In Museo Vaticano



In Museo Vaticano



CCXLIX



In Museo Vaticano

P. Carosi inc.



CCL.



Panormi in Collegio Societatis Iesu

CCXI



Pars postica Praecedentis Vasculi



T.CXLII





CCLIV.

Ne Museo Mastrilli

CCLV



In Museo Mastrillo

CCLX



In Museo Majorelli

CCLVI.



Bononiæ in Aedibus D. March. Bentivoli.

CCLVII.



Neapoli apud D. Hammond

CCLVIII.



In Museo Vaticano

T. CCLIX.



Nel Museo Vaticano



In Museo Vaticano



In Museo Vaticano



T. CCLXIII



In Museo Vaticano





In Bibliotheca Vaticana





CLXXVII





XXXIX



In Bibliotheca Vaticana









CCLXXIV





In Mus. March. Peraltae

CCLXXVI



In Mus. March. Peraltae



In Museo Caesareo





In Musæo Caprarii. Altera Pars Vasis.



In Bibl. Vaticana







In Bibliotheca Vaticana.



In Bibliotheca Vaticana



in Bibliotheca Vaticana



CCXXXVI







CCLXXXVIII





In Museo Vaticano

CCLXXXXI



In Museo Vaticano



In Bibliotheca Vaticana

CCXCIII



Napoli D. Hammond



In Cimel. Ill.mi Alberici Albergotti





In Bibliotheca Vaticana

CCXCVII



In Bibliotheca Vaticana

CCXCVIII



In Bibliotheca Vaticana

CCXLVIII



In Bibliotheca Vaticana.



In Museo Vaticano